AUTHOR:

WUESEKE, GUILIELMUS

TITLE:

DE PLAUTI ET TERENTI USU, ADIECTIVA....

PLACE:

MARBURGI CATTORUM

DATE:

1884

Master Negative #

92-80628-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/PROD  Books      FUL/BIB   NYCG91-B55121          Acq Maintenance  NYCG HLH
FIN ID NYCG91-B55121 - Record 1 of 1 - Record updated today
+
  ID:NYCG91-B55121          RTYP:a    ST:p   FRN:   MS:   EL:      AD:06-03-91
  CC:9668  BLT:am      DCF:?   CSC:?   MOD:    SNR:      ATC:      UD:06-09-92
  CP:nyu     L:lat     INT:?   GPC:?   BIO:?   FIC:?     CON:???
  PC:r       PD:1991/1884      REP:?   CPI:?   FSI:?     ILC:????   II:?
  MMD:      OR:    POL:     DM:     RR:        COL:      EML:      GEN:   BSE:
  040     NNC‡cNNC
  100 1   Wuesecke, Guilielmus
  245 13  De Plauti et Terenti usu‡h[microform],‡badiectiva et participia substa
       ntive ponendi‡cscripsit...Guilielmus Wueseske
  260     Marburgi Cattorum,‡bEx Typographia Academica Roberti Friedrich,‡c1884
  300     52 p.
  LDG     ORIG
  QD      02-03-91
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 9-7-93 INITIALS SS

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE

PLAUTI ET TERENTII USU,

IECTIVA ET PARTICIPIA SUBSTANTIVE PONENDI

SCRIPSIT

SERTATIONEM ATQUE AD IMPETRANDOS SUMMOS
IN PHILOSOPHIA HONORES AMPLISSIMO
PHILOSOPHORUM MARBURGENSIUM ORDINI

PROPOSUIT

GUILIELMUS WUESEKE,
GUESTFALUS.

MARBURGI CATTORUM.
X TYPOGRAPHIA ACADEMICA ROBERTI FRIEDRICH.
MDCCCLXXXIV.

Ex fabulis Plautinis et Terentianis, postquam Ritschelii, Umpfenbachii, aliorum virorum ingenio atque industria firmum artis criticae factitandae positum est fundamentum, uberrimum fructum percipi posse ad augendam priscae latinitatis notitiam, nec minorem utilitatem quaestionibus illis grammaticis adferri ad poëtarum verba explicanda vel emendanda, nemo erit, qui neget, et commentationum, quae huc pertinent, sat magna multitudine comprobatur. Qua de causa cum Plauti et Terentii comoedias mihi perlegenti viri, qui scripserunt de Romanorum usu, adiectivis et participiis substantivorum vim tribuendi[1]), priscam latinitatem neglexisse, aut falso de ea iudicasse viderentur, haud alienum esse putavi, si de usu universo pauca praefatus rem, quantum ad comicos nostros attinet, adcurate exponerem atque tractarem. Sed ecce! commentatione ad finem iam fere perducta in manus meas venit Barthii disputatio: »Die Eleganz des Terentius im Gebrauch des Adjectivum«, Fleckeiseni annal. vol. 129 inserta. Quo libello curiose adhibito quamquam me viro illo in nonnullis minus recte versatum esse intellexi, tamen quae ipse collegeram eo non tam supervacanea atque inutilia facta esse censui, ut omisso ex parte proposito in scribenda dissertatione uni Plauto operam navarem.

1) Cfrr. Dietrich, Quaestt. gramm. (Jahnii nov. ann. vol. suppl. VIII., pag. 485—503), Naegelsbach, Lat. Stilist.[4] pag. 64—94, Draeger, histor. Syntax der lat. Sprache[2] vol. I. pag. 44—59, Kraut, Ueber Syntax und Stil des iuengeren Plinius. Schoenthal 1872 pag. 4sqq. Rahn, Sel. capita de synt. Iuvenal. Halis 1875 pag. 20—30.

Verum quae ille effecit in usum nostrum, quantum fieri potest, convertentes de utroque scriptore pro viribus agere iam incipiamus.

Substantivis nomina, adiectivis qualitates, ut aiunt, rerum et animantium significantur. Atque cum obscura et occulta animantium rerumque substantia nomina a qualitatibus petita sint, atque etiam forma eadem fere sit substantivorum et adiectivorum, tanta inter has duas orationis partes cognatio ac similitudo intercedit, ut veterum grammaticorum, quod quidem sciamus, nemo ante Priscianum[2]) diserte eas distinxerit. Qu obrem mirum non videbitur, in latino, graeco, nostro, alior populorum sermone adiectiva saepe substantivorum loco us pari. In hac autem re duo genera aperte sunt discernen . Alia enim dicendi est ratio, si homines doctos vel amicos s b-stantivo non addito doctos amicosve dicimus, alia, si ter m patriam, musicam artem, libros annales simplici patriae, musicae, annalium nomine significamus. At quid interest? Substantivorum et adiectivorum tria sunt genera, quae antiquiores grammatici ἄρρενα, θήλεα, σκεύη vocabant, quippe qui primum maxime proprium esse personarum masculinarnm, alterum femininarum, tertium rerum inanimarum cognovissent[3]). Qua de causa si viros doctos, feminas bonas, res pretiosas simplici doctos, bonas, pretiosa nuncupamus, adiectiva ad viroru (hominum), feminarum, rerum notiones illas generales, qua in ipso latent genere, inscii quodammodo neque quicqua desiderantes referimus. Verum si terra patria, libri annale fabula togata simplici patriae, annalium, togatae nomine signifi cantur, omittuntur brevitatis causa substantiva ab adiectivis ill prorsus aliena, et quod in nonnullis, ut patria, musica, n

2) Cfr. Schoemann, die Lehre von den Redetheilen, pag. 84 sqq.

3) Vid. Bonitzii ind. Aristotel. s. v. σκεῦος et confer. nostrum: maennliches, weibl., saechl. Geschlecht. Postea σκεύη appellabantur οὐδέτερα (lat. neutra), qua de re conf. Schoemann, l. l. pag. 25.

desideramus, eius rei causa in sola consuetudine ususque crebritate est ponenda. Idem dicendum est de participiis, quippe quae nominum naturae partem habere constet[4]). Ceterum conferantur quae de hac re sagaciter exposuit J. N. Ott in libello: »Die Substantivirung des lateinischen Adjectivum durch Ellipse«. Rottweil 1874. Nos igitur de ellipsi Plautina et Terentiana alio, si licebit, tempore acturi alterum tantum genus, quo adhibito adiectiva substantive usurpata esse dicimus angustiori verborum significatione usi, nunc nobis tractandum proposuimus. Sed hic quoque duo non tam genera, quam libertatis in usu gradus sunt distinguendi. Nam cum pleraque adiectiva et participia certis tantum legibus ac condicionibus substantivorum vice funguntur, nonnulla, ut amicus, inimicus, bonum, malum, gnatus, adulescens, alia, quorum omnium infra iam indicem addemus, prorsus eisdem atque ipsa substantiva proprietatibus utuntur. Quarum legum haec prima atque summa est, ut neque genitivi subiectivi aut possessivi cum eis coniungi possint, neque adiectiva aut pronomina alterius tertiive generis[5]) praeter illa, quae numerum quendam significant, ut multi, nonnulli, pauci, omnes, neuter, alter, alius (Nam et *alius* est pronomen quodammodo numerale, non minus quam *alter*, quia ut *alter* est secundus, sic *alius* tertium, aut quartum, aut quintum ... significat). Est enim ea adiectivorum vis atque natura, ut multo facilius tales notiones secum coniungi quodammodo patiantur, quae quoties qualitas, ut aiunt, inveniatur, significent, quam quae novam qualitatem addant priori inhaerentem[6]). Qua ipsa causa genitivi quoque subiectivi et possessivi evitantur, quippe qui ad naturam adiectivorum proxime accedant; ut *amor patris* idem valet atque *amor paternus*, provincia Romanorum est

4) V. Schoemann pag. 34 sqq. et 68 sqq.

5) Vid. infra pag. 6 sqq.

6) Proprie numeralia et participia ad omnia adiectiva et participia attributive addi possunt, itaque Naegelsbachio pag. 76 et 78 talia exempla a ceteris segreganda erant. Exempla infra afferentur.

provincia Romana[7]) Itaque si quod adiectivum tales coniunctiones admittit, ex hac ipsa re apparet, neglecta quasi propria natura substantivorum illud magis naturam induisse. Neque minus participia notionem verbalem reliquerunt, si dicitur, ex. gr., *foedum factum* pro *foede factum*, *mea* vel *eius dicta* pro *a me*, *ab eo dicta*. Quod cur rarius inveniatur in latino, quam in graeco nostroque sermone, illam causam esse existumo, quod articulo Romani caruerunt, quocum coniuncta apparet verba illa multo facilius substantivorum vim recipere. Attamen hac in re Plautus et Terentius brevitatis causa, ut videntur, longius progressi sunt, quam plerique posterioris aetatis scriptores, id quod ex indice infra addendo elucebit. Haec omnia adiectiva a quaestione ipsa secernenda esse apparet.

Contra spectare videntur ad rem nobis propositam pronomina illa, quae quodammodo sunt adiectiva pronominalia. Dividi enim possunt pronomina in tria genera, quorum primum continet ea, quae semper absolute ponuntur, alterum, quae nunquam substantivo carent adposito, tertium, quae promiscue tum absolute ponuntur, tum coniuncta cum substantivis. Ad primum autem genus referenda sunt pronomina personalia (ego, tu, nos, vos etc.), reflexiva (sui, sibi, se), nemo[8]), nihil, nonnullae pronominum indefinitorum et interrogativorum formae:

---

7) Alii vero genitivi satis multis locis additi inveniuntur, ut saepissime partitivus (tantum boni, paulum negoti, omnium sapientissumi; cfr. Naegelsb. 72. 74. 78, Draeger I, 453 sqq.). Neque desunt aliorum genitivorum exempla, ut Stich. 578 capti consili memorem, Hautontim. 226 artis ignaram meretriciae, Al. 825 scelerum cumulatissume, Mil. 1049 abs tui cupienti, Pseud. 1132 damni cupidos, ib. 183 vini modo cupidae.

8) De hac re universa conf. Kuehneri gramm. lat. I, 377—413, Neue, lat. Formenlehre II. 179—258, Holtzii syntaxis priscor. scriptor. latin. I, 349—414, qui exempla semper satis numerosa addidit. — Pronomen *nemo* apud Plautum et Terentium numquam adiective usurpatur, quamquam nonnullis locis videtur. Nam Cas. v. 84 in coniunctione *vicinam neminem* apparet *vicinam* proprie adiective positam esse, et Asin. v. 768, ubi legitur *convivam vocet neminem*, *neminem* est accusativus obiecti, quem vocant, *convivam* praedicati. Iniuria igitur puto Holtzium

quid[9]), quidnam, ecquid, numquid, aliquid, quidquam[10]), quippiam, (quidque[11]), (quidvis), (quidlubet), (quiddam), quidquid[9]), aliquis[12]), quoiatis. Alterius generis sunt hae pronominum interrogativorum et indefinitorum formae: quod, (quodnam), (ecquod), (numquod), aliquod, quoddam, (aliqui[12]). Tertii denique generis duae partes sunt statuendae, quarum prior ea pronomina complectitur, quae et forma et notione adiectivis simillima adiectiva pronominalia appellari possunt, ut pronomina possessiva, alter, neuter, alius, tantus, talis, sim., cum ad alteram omnia cetera sint referenda, ut is, idem, ille, ipse, hic, quisquam, qui, quodcunque, aliquem, cet.

Cum pronominibus primi generis quodvis adiectivum et participium coniungi potest, quia ad pronomina absolute posita attributive accedunt eodem modo atque ad ipsa substantiva, neque aliud statuendum est de eis, quae sunt alterius partis

---

utroque loco appositionem statuisse; quae recte statui posse videtur v. Persae 209 ab Holtzio non citato, ubi verba *puerum peiorem quam te novi neminem* ita sunt explicanda, ut idem valeant atque *neminem novi, qui puer esset peior* (als Knabe). Quod vero saepius invenimus *nemo homo*, illud magis per abundantiam quandam sermonis dictum est, cum in ipso pronomine lateat hominis significatio (nemo = ne hĕmo).


9) *Quid*, si forma est pronominis interrogativi, semel adiective positum esse affirmant grammatici: Trucul. v. 382; sed codex praestantissimus A hoc quoque loco solus veram exhibet formam, quae est *quod*. — In formula autem *quid nomen est tibi*, quae apud Plautum saepius, apud Terentium semel occurrit, *quid* est subiectum, *nomen est* praedicatum (cfr. Brixii adnot. ad Trinummi v. 889), neque aliter res se habet in formula *quidquid nomen est tibi* (Men. 811. Pseud. 639).

10) *Quidquam* apud Plautum adiective ponitur Men. 447 et Merc. 154, ubi legitur *quicquam facinus*. Neque enim mihi probatur Kuehneri sententia (l. l. I, 407), qui his locis *quicquam* obiectum esse putat, *facinus* praedicatum. Apud Terentium huius usus exempla non reperiuntur.

11) Formae, quas uncis inclusi, non exstant apud Terentium.

12) *Aliquis* apud Plautum semper substantive ponitur, *aliqui* semper adiective. Sed falso idem de Terentio contendit Holtzius, cum Hecyr. v. 186 legatur *aliquis — labos*, neque occurrat usquam forma *aliqui*.

tertii generis[13]), ita ut saepissime inveniamus: ego miser, mihi misero, nemo prudens, illi docti, quisquam felix, dotata quaedam, simil. Alterius vero generis pronomina ad illa tantum accedunt adiectiva et participia, quae plane eandem vim habent, quam substantiva ipsa, ut *quod factum, malum quoddam*, sim. Denique eorum, quae sunt tertii generis prioris partis, illa tantum ad adiectiva et participia addi possunt, quae numerum quendam significant, atque eodem modo ea huius generis pronomina, quae non sunt numeralia, cum numeralibus coniunguntur; denique haud raro ad pronomina numeralia attributive addita sunt adiectiva, quae numerum et quae qualitatem significant. Exempla sunt talia: omnes boni, omnes mei, multi alii alium fideliorem.



13) In coniunctionibus igitur, quales sunt *ille probus, hic doctus* ad pronomen absolute positum adiectivum (participium) attributive accedere puto, contrarium vero statuendum esse in talibus, quales sunt *alii docti, uterque probus, omnes boni.* Nam consideranti mihi, saepissime inveniri *quisquam probus*, numquam *ullus probus, ulli probi*, illa causa subesse videtur, quod in priore structura adiungitur adiectivum ad pronomen, in altera pronomen ad adiectivum, id quod Romanos, quantum fieri poterat, evitasse cognoscitur ex condicione, quae intercedit inter pronomina *nemo* et *nullus.* Tum apud Ciceronem, qui mascul. singul. numquam absolute ponit nisi ad totum aliquod hominum genus significandum, contra pronomina *ille, ipse* sim. saepissime absolute usurpat, haud raro occurunt structurae, quales sunt *ille probus, quisquam bonus.* Quae cum ita sint, nonne consentaneum est, eam vocem, quae et alias absolute ponitur, in tali coniunctione quoque absolute positam esse; contra illam, quae alias non ponitur absolute, ne in coniunctione quidem ita usurpari? Denique ea quoque re puto hanc sententiam comprobari, quod participia, si cum pronominibus illis coniunguntur, numquam vim plane substantivam recipiunt, sed semper dicitur *istuc insipienter factum,* sim.

Ita igitur exempla explicanda sunt pag. 73 a Naegelsbachio allata, qui ipse pag. 82 eandem sententiam de mascul. pronuntians parum sibi constitit. Iniuria vero in coniunctionibus *nulli plebeio, ulli Romano* sim. pronomina substantive usurpata esse arbitratur.

Singularem quendam locum obtinent pronomina *ullus* et *nullus*, quorum, quamquam eiusdem sunt generis et numerum significant, tamen prius nunquam, alterum rarissime ad adiectiva et participia (scil. ea, quae non plane sunt substantiva facta) accedit praevalentibus *nemo* et *quisquam* vocibus.

Pronomina, quae ad priorem generis tertii partem spectant, cum et natura adiectivis simillima sint et eisdem fere legibus usurpentur, haud iniuria puto ad quaestionem nostram referri.

Restat, ut indicem alphabeticum, quem vocant, et exempla addam eorum adiectivorum participiorumque, de quibus iam saepius diximus. Inter adiectiva autem ea tantum afferam, quae ex ipsius Plauti et Terentii fabulis adiectiva esse cognoscitur. Quod vero attinet ad citandi modum artemque criticam factitandam, in Plauti Amphitruone (Am.[14]), Asinaria (As.), Aulularia (Al.), Bacchidibus (B.), Curculione (Cu.), Epidico (E.), Menaechmis (Mn.), Mercatore (Mr.), Milite glorioso (Ml.), Mostellaria (Mo.), Persa (Pe.), Poenulo (Po.), Pseudulo (Ps.), Sticho (S.), Trinummo (Tr.), Truculento (Tu.) numeros et apparatum criticum secutus sum Ritschelii, Goetzii, Loewii, Schoellii, in Casina (Ca.) Gepperti, in Captivis (Cp.) Sonnenscheinii, in Vidulariae fragmentis (V.) Studemundi, in Terentii fabulis omnibus (Andr. Eun. Haut. Phor. Hec. Ad.) Francisci Umpfenbachii. In Rudente Plautina (R.), cuius non exstet editio recentior apparatu critico instructa, secutus sum Fleckeisenum, in Cistellaria (Ci.) eadem causa Bothium, sed ita ut actum, scaenam, versum retinerem.

Codicum scripturas non addidi, si lectiones, quas in textum receperunt editores, in dubium vocari non posse apparet (ut

14) Compendia sunt Herm. Rassowii, qui maxima cum diligentia Plauti substantiva collegit in Fleckeiseni annal. vol. suppl. XII, p. 589—733.

As. 407, ubi I praebet *mecum*, ib. 710, ubi E exhibet *prodivi*, Ad. 793, ubi CEFP exhibent *nostrorum*, al.), vel si discrepantiae ad solam orthographiam pertinent (ut *optimus* pro *optumus*, *vilei* pro *vili*, *tuus* pro *tuos*).

I. Haec adiectiva et participia apud utrumque scriptorem vim plane substantivam recipere possunt[15]).

1) **adulescens**. (mascul.) Cp. 140 talem adulescentem. E. 299 alius — adulescens — auro opulentus. Ml. 99 adulescens optumus. ib. 440 adulescente Atheniensi. Tu. 246 agrestis — adulescens | Eun. 204 adulescentem adeo nobilem. ib. 430 inprudenti adulescenti et libero. ib. 478 liberum — adulescentem.

2) **adulescentulus**. *subst.* Ml. 264 cum alieno adulescentulo. cfr. ib. 367. 390. | Eun. 423 Rhodius adulescentulus. ib. 943 infelicem adulescentulum. ib. 1021 stultum adulescentulum. *adiect.* Ml. 789 meretricem adulescentulam. | Haut. 93 filium unicum adulescentulum. ib. 602 filiam adulescentulam. E. 43 captivam adulescentulam. Dubium est, utrum *captiva*, an *adulescentula* hoc loco sit plane substantivum, quia neutra vox nullo loco Plautino aut Terentiano prae se fert vim plane substantivam. Loci sunt hi: E. 107 captivam genere prognatam bono (v. adn. 6). R. 416 salveto adulescentula. Haut. 654 quam Bacchis secum duxit adulescentulam. cfr. Ml. 789. Haut. 602.

3) **amica**. *subst.* As. 83 amicae suae. B. 717 amica tua. Ml. 114 amicam erilem. E. 702 tui gnati amica. Ml. 105 amicam eri mei. Mr. 688 amicam tui viri bellissumi. | Haut. 189 amicae suae (cfr. ib. 328 et 333). ib. 567 eius amicam. ib. 670 amicam gnati (cfr. ib. 899. 908).

4) **amicus**. *subst.* S. 679 meis – amicis (cfr. ib. 580). Tr. 94 ex amicis certis. ib. 216 amicum innoxium. Mo. 930

15) Voces asterisco notatae tam saepe sunt mera adiectiva, ut exemplis non opus sit comprobare; quibus crucem praefixi, omissae sunt in Rassowii indice, quem supra citavi; cfr. de hac re Rassow. pag. 596.

patris amicus. Mr. 535 amicum illius | Eun. 135 hic meus amicus. Haut. 417 amico atque aequali suo. Andr. 970 amicus summus. Phor. 128 paternum amicum. ib. 35 amicus summus meus. Andr. 373 senis amicos. Eaedem voces nonnumquam adiectivorum prae se ferunt naturam; quamquam nihil certi concludi posse puto ex talibus exemplis, ubi *amicus* coniunctum est cum substantivo hominis, quoniam eae quoque voces, quae numquam sunt vere adiectiva, cum substantivo illo coniunctae inveniuntur. Sed conferantur huius modi loci: B. 475 amico et benevolenti suo sodali. Ps. 1263 amicissumam amicam. E. 425 amicius. Mr. 894 amicior. Adverbialiter positum est *amice:* S. 469 et Ps. 521. cfr. Pe. 255 amiciter. Apud Terentium talia exempla non repperi.

5) ***bonum**. Cp. 142 nostra bona. Ml. 715 bona mea. Cp. 499 bono publico. Cu. 189 perpetuom bonum. Po. 277 haec tanta bona. S. 295 tantum — bonum (Non video, cur Fleckeisenus h. l. recedens a codd. omnium memoria scripserit *boni*). R. 199 eius bonorum. Tu. 112 eorum — bona. | Andr. 296 bona nostra. Haut. 652 de nostris bonis. Andr. 717 summum bonum. ib. 938 hoc tanto tam repentino bono. Eun. 235 patria — bona.

6) **cognata**. Ci. I, 1,99 sua cognata Lemniensis. (ib. I, 2,26.) Po. prol. 97 suam — cognatam. | Hec. 592 tuas amicas — et cognatas.

7) **cognatus**. Am. 849 tuom cognatum. ib. 860 cognato — meo (*meo* ex *modo* D). ib. 918 meum cognatum. Po. 1256 cognatus voster. | Phor. 366 cognatum suom. Ad. 947 cognatus proxumus. Eun. 327 patris cognatum.

8) **commodum**. *subst.* Mo. 307 eorum commodis. | Andr. 573 ullum commodum. ib. 628 sua commoda. Ad. 871 patria — commoda. *adiect.* Po. 615 convivas — commodos. Haut. 521 mulier commoda.

9) **dictum**. As. 407 meum dictum. ib. 484 pro dictis vostris. S. 457 meis dictis. As. 525 dicta docta. B. 449 huius dicta. ib. 632 meis dictis malis. | Hec. 564 meis dictis. Eun. prol. 41

nullumst iam dictum. Phor. 213 suis saevidicis dictis. Sed haud raro cum hoc participio adverbia coniunguntur, ut Am. 896 male dicta. B. 982 maleque dictis. R. 1250 sapienter dicta. | Phor. prol. 3 male dictis. ib. prol. 20 bene dictis. Ad. 263 male dicta. Mixtae quodammodo sunt substant. et partic. naturae: Tr. 140 male dictis tuis. Ad. prol. 17 male dictum vehemens. Andr. prol. 7 malevoli veteris poëtae male dictis.

10) **edictum**. Po. prol. 16 edicta — mea. Mn. 871 edictum Apollinis (sic FZ. — *dictum* BCD, quod sententiae minus aptum facile oriri poterat propter ultimam literam vocis, quae praecedit, *atque*). | Haut. 623 advorsum edictum tuom.

11) **factum**. As. 683 tuis factis. ib. 451 non mirum factumst. Am. 926 factis inpudicis. Al. 213 factis neque malis neque inprobis. Am. 1085 suis foedis factis. Al. 503 matronarum facta. | Phor. 430 tuis factis. ib. 932 tua facta. ib. 1020 alia facta tua. Ad. 96 nullum huius simile factum. ib. 961 quodnam ob factum. De adverbiis additis hi conferantur loci: Am. prol. 44 quis bene factis. Cp. 424 bene facta. E. 718 pro bene factis. Tu. 827 istuc insipienter factum. | Ad. 200 ob male facta haec. Mixtae sunt partic. et substant. naturae in compositionibus, quales sunt: As. 567 tua — male facta. Cp. 940 pro bene factis eius. Pe. 842 bene facta tua. S. 30 bene facta maiorum meum. | Andr. prol. 23 male facta — sua.

12) **germanus**. *subst.* Mn. prol. 71 geminum germanum suom. Mn. 232 geminum germanum meum. | Ad. 269 o mi germane. *adiect.* Cp. 1015 fratrem germanum meum. Mn. 1125 germane gemine frater. | Andr. 292 germani fratres.

13) **gnata**. Al. 224 meam gnatam. ib. 792 gnatam tuam. ib. 798 tua gnata. | Andr. 540 gnatam tuam. ib. 774 suam gnatam. ib. 100 unicam gnatam suam (cfr. ib. 242).

14) **gnatus**. As. 72 gnatum suom. ib. 76 gnato suo. Cp. 881 meum — gnatum. Ps. 199 duo gnati Iovis. | Andr. 185 meum gnatum (cfr. ib. 540). Andr. 831 gnato — tuo. Haut. 429 de gnato meo. ib. 431 meus gnatus. ib. 131 gnatum — unicum. ib. 528 gnatus eius.

15) **incommodum**. *subst.* Cp. 146 eius incommodum. | Andr. 627 ex incommodis alterius. *adiect.* Ca. 66 incommodis dictis. Hec. 603 incommodam rem.

16) ***liberi**. Al. 64 liberis suis. Tr. 1074 liberi — mei. | Ad. 793 nostrum liberum.

17) ***maiores**. Al. 166 maiorum nostrum. Ml. 373 mei — maiores (*me* C). Pe. 55 meorum maiorum. S. 303 maiorum meum. Tr. 642 maiores — tui. | Ad. 411 maiorum suom.

18) ***malum**. As. 130 malo cum tuo. ib. 317 cum magno malo. ib. 471 malo — magno tuo. Cp. 222 malum maxumum (cfr. 547). Ca. 541 malum pessumum. Cp. 151 malum amici. | Andr. 179 sine tuo magno malo. ib. 649 quantis in malis. Eun. 508 magnum malum. Phor. 180 tanta — mala. ib. 193 quod magnum malum (cfr. Hec. 319).

19) **maritus**. *subst.* Ca. 715 cum novo marito. Ad. 938 novos maritus. *adiect.* Mn. 128 amatores mariti. E. 180 (pecunia) marita (sic A. G. Valla cum Porphyrione. cfr. Porphyr. ad Horat. carm. saec. v. 20 de hoc usu. — *maritata* BJFZ).

20) **meritum**. As. 138 meritoque — tuo. ib. 492 merito — meo. E. 722 merito huius. Po. 882 eius merito. | Eun. 458 merito tuo. Haut. 92 sic meritumst meum. Phor. 1031 meo merito. ib. 1051 meritumst suom. Mixtae sunt substant. et partic. notiones: As. 737 meritissumo eius.

21) **nupta**. Ca. 30 novae nuptae. ib. 650 novam nuptam (cfr. ib. 666). ib. 683 mea nova nupta (codd. praeter A omiserunt *mea*). | Ad. 751 nova nupta.

22) **pactum**. Cp. 131 ullo pacto (cfr. Tr. 377). | Phor. 301 nullo alio pacto.

23) **parens**. E. 637 meum parentum. Po. 1062 tuom parentum. R. 216 mei parentes. S. 96 suom parentum. | Andr. 969 suos parentes. Haut. 202 parentem suom. Ad. 31 parentes propitii.

24) ***particeps**. Pe. 758 meos participes. Ps. 588 participes meos (*omnes* CDFZ). | Haut. 150 meus particeps.

25) **peccatum**. Am. 257 peccatum suom. | Phor. 217 peccatum meum. ib. 958 tuom peccatum. Andr. 903 pro peccato magno. ib. 888 pro huius peccatis. Haut. prol. 33 illius peccatis. Phor. 244 fili peccatum.

26) **promissum**. Am. 1144 promissa — tua. Mr. prol. 86 mea promissa. Non video, cur Rassovius l. l. pag. 710 solius genitivi unum afferat exemplum, quod ipsum minime aptum est ad vim substantivi comprobandam. Locus vero, quem ex Amphitruone allegavi, in omnibus ita exhibetur codd. et editt., et quod ad alterum versum attinet, quamquam nonnulli viri docti delere voluerunt, tamen eum genuinum esse suo iure contendisse videtur Dziatzko (Mus. Rhen. vol. 26 [a. 1871] et Mus. Rhen. vol. 29 [a. 1874]). De Terentio vid. Haut. 723 Syri promissa.

27) **senex**. Haec vox sexcenties apud utrumque scriptorem vim prae se fert plane substantivam, ita ut exemplis allatis non opus sit. Uno tantum loco Terentiano adiective quoque eam potuisse usurpari apparet: Eun. 357 senem mulierem, ubi in solo cod. E legitur *mulierem*. Nam quod haud raro substantivum hominis additur, inde nihil certi concludi posse iam supra commemoravi. Nec satis liquet, utrum *senex* an *maritus* substantivi loco positum sit Ca. prol. 35, et comparativus non legitur nisi Ca. prol. 14 *in senioribus*, quem non Plautinum esse inter omnes constat.

28) Idem fere dicendum est de voce **servos**, quae et ipsa saepissime ponitur plane substantive. Sed adiectivi naturam prae se fert Pe. 280 servam operam.

29) **sponsa**. Ca. 14 sponsam — meam. Po. 1228 mea sponsa. Tu. 865 ex sponsa tua. | Andr. 324 sponsam tuam.

30) **vicina**. *subst.* Ca. 55 ad meam vicinam (*viciniam* A). ib. 427 vicinam meam. ib. 450 vicinae meae. | Hec. 720 vicinam nostram.

31) **vicinus**. *subst.* Mr. 475 tuos — vicinus proxumus. ib. 772 propter vicinum malum. Ml. 410 vicini proxumi. | Haut. 180 nostrum vicinum. ib. 499 vicini nostri. Hec. 124 huius vicini

proxumi. Adiective positum est hoc verbum: B. 190 vicine Apollo. Ml. 154 a vicino sene (?).

II. Haec adiectiva et participia apud solum Plautum vim plane substantivam recipiunt.[16]).

1) +**(adoptaticius)**. Po. 1045 Antidamai adoptaticium (sic Bothius. Nominis proprii varias formas exhibent codd. et editt. — *ad optaticium* C. — *adoptatium* B.). Quamquam hanc vocem adiective usurpari potuisse exemplis comprobare non possum, tamen certum est propter analogiam, cum omnes voces in —*ticius* exeuntes adiectiva esse aut fuisse constet.

2) **advocatus**. Ml. 663 advocato tristi, iracundo — leni. Po. 568 advocatos celeris.

3) +**(benemerens)**. Cp. 935 benemerenti nostro.

4) +**(benevolens)**. Mo. 195 aeternum — amicum et benevolentem. Tr. 46 tui benevolentis. ib. 1177 benevolens tuos atque amicus. ib. 1148 communis — meus et tuos benevolens.

5) **captivus**. *subst.* Cp. 126 ad alios captivos meos. ib. 458 captivos — alios meos. *adiect.* Cp. 1016 captivom huius filium (cfr. ib. 100, Mr. 79).

6) **cluens**. Cp. 335 huius est cluens.

7) **commentum**. Ml. 241 commentum tuom (*commentum contra conservom tuom* FZ — *commentum tuum contra conservum tuum* D. Vid. Ritschel. adnot. ad h. v.).

8) **delictum**. Am. 494 delictum suom.

9) **geminus**. *subst.* Mn. prol. 68 geminus surrupticius. *adiect.* Mn. prol. 18 filii gemini. ib. 44 geminis fratribus. Andr. 674 geminas — nuptias.

10) **germana**. Po. 329 mea germana. De not. adiect. v. I, 12.

11) **immeritum**. As. 608 immerito meo. Mn. 371 immerito tuo.

---

16) Vocum, quas uncis inclusi, exempla Terentiana non afferuntur in Parei indice.

12) **inimica**. Po. 386 mea inimica et malevola.

13) **inimicus**. *subst.* Tr. 618 inimicos tuos. Tu. 741 inimici mei. Po. 879 inimicum capitalem. Ps. 584 inimicum — hunc communem meum atque vostrorum omnium. *adiect.* Cp. 557 quam inimico voltu. B. 500 inimiciorem.

14) **(interdictum)**. As. 504 interdictis — meis.

15) **legatus**. Am. 213 legatos nostros.

16) +***malevola**. Po. 393 mea — malevola.

17) **mandatum**. Cp. 343 tua mandata. Am. 338 mandata eri.

18) **mendicus**. *subst.* S. 133 meus — mendicus (Locum om. Rassowius). *adiect.* S. 132 mendicis — viris.

19) +***mirum**. Am. 616 nimia mira (cfr. ib. 1080 et 1105). ib. 1036 tanta mira (cfr. ib. 1047). Mn. 1039 nimia mira (sic codd. omnes, neque video, cur Ritschelius mutaverit in *nimium mira).*

20) **mortuus**. Mo. 1002 mortuom novom.

21) +***notus**. Ps. 127 omnibus amicis notisque edico meis. (Eun. 238 solus codex G exhibet *mei noti*, ceteri *me noti* vel *noti me).*

22) **(pensum)**. B. 1152 meum pensum.

23) +***(posteri)**. Tr. 644 posterorum suorum.

24) **praeceptum**. As. 509 meis praeceptis. B. 1021 praeceptis suis. Ml. 905 ad tua praecepta. Ps. 764 meis praeceptis (cfr. Tr. 302. 317).

25) **(promeritum)**. Pe. 496 tuum promeritumst (Guyetus: *tu promeritu's).*

26) ***publicum**. Tu. 141 Veneris publicum aut Amoris.

27) Vix huc referendum est verbum r i d i c u l u s, quia Cp. 470 sequendam esse puto codicum B. et I. memoriam, qui exhibent *ridiculos inopesque*, non *ridiculos inopes*, quod Fleckeisenus, Sonnenscheinius, alii scripserunt.

28) ***(sacrum)**. Cu. 471 Cloacinae sacrum. Ps. 109 mea sacra.

29) Per iocum semel **nuptus** ita usurpatum est: Ca. 715 novom nuptum.

III. Haec adiectiva et participia apud solum Terentium vim plane substantivam acceperunt:

1) **adulescens** *(fem).* Andr. 488 huic optumae adulescenti.

2) ***advorsa**. Hec. 388 advorsa eius (cfr. Tac. annal. I, 1 veteris populi Romani prospera vel adversa).

3) **bene parta**. Phor. 788 mei patris bene parta (cfr. *Caesaris bene facta).*

4) ***iusta** *(n. plur.).* Phor. 280 tua iusta.

5) **demensum**. Phor. 43 de demenso suo.

6) **occultum**. Haut. 575 omnia mea occulta.

7) **oratum**. Hec. 575 orata nostra. ib. 385 orata eius.

8) ***secunda** *(n. plur).* Andr. 975 in tuis secundis (BCDEGV falso addiderunt *rebus*).

Nomina, quae terrarum et urbium incolas significant, saepissime sunt mera adiectiva, ut As. 199 Graeca fide. Tu. 55 armariola Graeca. Al. 566 lanterna Punica. Cp. 274 Thalem Milesium. E. 306 agro Attico. Am. 190 Thebano poplo; nec minus saepe sine substantivis occurrunt, ut Cu. 442 et 443, Cp. 160—163, Am. 365 Thebani, B. 936 Achivi. Rarissime vero eandem quam substantiva vim recipiunt: Ca. prol. 82 ingenua Atheniensis. Mn. 1069 Siculus Suracusanus. Po. 770 peregrinum Spartanum. ib. 962 ingenuas — surrupticias Carthaginienses. Apud Terentium talia exempla non repperi.

Denique in universum dicere liceat de vocibus in — alis, — aris, — arius exeuntibus (cfr. Ott, l. l. pag. 3). Nam quamquam omnium singulorum verborum, quae huc pertinent, naturam adiectivam exemplis comprobare non possum, tamen de ea non est dubitandum propter analogiam ceterarum. Hae igitur voces huc pertinent:

1) **aequalis**. *subst.* Tr. 326 amico atque aequali meo. E. 102 cum — aequali suo. | Andr. 453 meorum aequalium. Eun. 327

patris — aequalem. *adiect.* Ad. 465 nostrum amicum — aequalem (ubi cum codd. *atque* legere vetamur metro).

2) +**comitialis**. Po. 584 comitiales — meri.

3) ***(mortalis)**. Al. 314 mortalem parce parcum. ib. 443 miserrumus mortalis. B. 293 mortalis malos. Cp. 822 mortalis miserrumos. S. 570 graphicum mortalem.

4) **rivalis**. *subst.* Eun. 354 Phaedriae rivalis. *adiect.* Eun. 1072 militem rivalem.

5) **sodalis**. B. 453 gnati tui sodalis. Cp. 646 tuus sodalis. Mo. 1120 tui gnati sodalem.

6) **(venalis)**. R. 974 pro meis venalibus.

7) **familiaris**. *subst.* Ml. 174 vostrum familiarium. ib. 389 meus — familiaris. Am. 359 huius familiai familiarem. *adiect.* As. 267 familiarem – filium. ib. 309 familiari filio. S. 145 familiarem rem.

8) **(manipularis)**. Mo. 1048 manuplares meos. Ml. 815 manuplares mei.

9) **popularis**. (masc.). Po. 1039 mi popularis (*mihi* BCDZ). R. 615 Cyrenensis populares. Am. 193 popularis suos. | Phor. 35 amicus summus meus et popularis.

(femin.). Po. 906 tuas popularis (ib. 965). R. 605 meis popularibus. ib. 740 mea poplaris.

10) **admissarius**. Ml. 1112 scitus admissarius (*at missarius* B — *emissarius* rell. codd. — *admissarius* Gloss. Camerar.).

11) **advorsarius**. Cp. 64 valentiorem — advorsarium. R. 761 is Venerist advorsarius (?).

12) **mercenarius**. Po. 503 tuos — mercenarius.

13) **(operaria)**. B. 74 pretiosa's operaria.

14) **(vicarius)**. As. 433 vicario ipsi tuo.

Haec igitur praefati iam accedamus ad rem ipsam, et primum de neutro, tum una de mascul. et femin. genere quae statuenda videantur explicabimus.

I. De neutris singularibus.

a. De adiectivis et pronominibus.

1) Negavit Barthius commentationis, quam supra laudavi, initio, a Terentio neutra singul. aut plural. in casu nominativo umquam substantivorum loco usurpata esse. Sed paulo audacius eum a Terentio hunc usum abiudicavisse, ex nostra locorum collectione apparebit; quamquam sine dubio non solum Terentius, sed etiam Plautus multo rarius, quam accusativum, nominativum substantive posuerunt. Iam conferantur haec exempla Plautina:

α. adiectivorum et pronominum, quae numerum aut quantitatem significant:

αα. declinationis alterius:

Cp. 137 aliquantillum. Ml. 278 quantum. ib. 853 paulum. ib. 891 utrumque. Po. 738 quantumquantum. ib. 1351 duplum. Ps. 692 aliut.

ββ. declinat. tertiae:

Mn. 364 omne. Ml. 1436 minus.

β. ceterorum adiectivorum et pronominum:

S. 693 suum. Adiectivorum duo exempla leguntur in Truculento, quorum tamen alterum invenitur in prologo (v. 15 relicuom), alterum est incertissumum (v. 22 aequom).

Haec exempla Terentiana mihi occurrerunt:

α. adiectivorum et pronominum, quae numerum aut quantitatem significant:

αα. declinat. alterius:

Andr. 903 paulum. Haut. 72 tantum. ib. 75 tantum. ib. 498 paulum. ib. 598 aliut. Phor. 37 pauxillulum. Ad. 392 nimium. ib. 393 pernimium.

ββ. declinat. tertiae:

Phor. 318 omne.

β. ceterorum adiect. et pronominum:

Ad. 249 meum. cfr. Andr. 629, de quo loco infra verba faciemus.

2) Saepissime neutra adiectiv. singularia substantive usurpantur in casu accusativo. Sed priusquam exempla afferam, dicendum est, me et illos locos neglexisse, ubi neutra singul. accusat. adverbiorum vice funguntur, ut multum, nimium, commodum, melius, audacius, primum, plurumum, facile, fidele, cum neque pertinere videantur ad quaestionem nostram, et satis multa enumerata sint ab Holtzio I, 233 sqq., nec magis me rationem habuisse illorum locorum, ubi neutra singul. accusativi sunt interna, quae vocantur, obiecta (R. prol. 69 increpui hibernum. Ml. 823 magnum clamat. Mo. 488 exclamat derepente maxumum, al. l.), cum de hac re iam satis multa prolata sint a Biesio, de objecto interno apud Plautum et Terentium atque de transitu verbalium notionum. Kiliae 1878. Iam conferantur haec exempla Plautina:

α. adiectivorum et pronominum, quae numerum aut quantitatem significant:

αα. declinat. alterius:

Am. 374 parum (Ml. 695). Al. 291 dimidium (ib. 293. Pe. 69. Ps. 1327. R. 958. 1409). B. 316 quantum (ib. 352. 353. E. 309. Ps. 769. 937. 1236. R. 1329). B. 320 permultum. ib. 344 utrum (Pe. 342). Cp. 176 pauxillum. Ca. 148 aliquantum (Ml. 641, ubi F et Z prave exhibent *aliquantulum*. Mo. 354). Ca. 509 aliut (Mo. 1119). Ca. 688 tantillum (omnes praeter A codd.

exhibent *tantulum*. R. 1150). Ci. I, 1,55 utrumque (Mo. 1179. Ps. 710. R. 825). Cu. 103 quantillum (Mo. 627, ubi Z: *quantulum*). E. 309 tantum (Mn. 435. Ps. 936). Ml. 713 minumum. ib. 716 multum (Tu. 888, permultis aliis locis). Ml. 1039 nimium (Po. 239, ubi *nimium negoti* Hermannus, *nimium negotium* libri; S. 375, ubi libri praeter A: *multum*, S. 379. Tu. 752). Mo. 627 paulum (ubi B exhibet *paululum*. Pe. 125. V. frg. I, 31). Pe. 21 plusculum. Pe. 517 tantumdem (ib. 585). Po. 802 paululum. R. 854 utrumvis — neutrum. V. frg. I, 32 plurumum.

ββ. declinat. tertiae:

Al. 424 minus (Mr. 475. Ml. 1062. V. frg. I, 32). Cp. 572 plus. (ib. 854. Ca. 140. E. 297. Mn. 475. Ml. 369. 477. Pe. 315. Ps. 577. Tu. 803. 812. 813). Cu. 257 omne (E. 674. Ml. 1165. Mo. 437. 786. Pe. 637. R. 1308). Mn. 546 duplex.

β. ceterorum adiectivorum et pronominum:

αα. declinat. alterius:

Am. 173 aequom (ib. 687. B. 119. 753. Mn. 156. Pe. 587. S. 423. 559. 724); cfr. Mo. 682 bonum aequomque (Pe. 399. R. 184) et Cp. 333 optumum atque aequissumum (E. 725. Ps. 389. S. 726). Am. 173 iniquom (R. 1096). Am. 345 verum (As. 843. B. 1161. Cp. prol. 3. Ca. prol. 3. Ml. 828. Mo. 13. 181. S. 324. Tu. 783. 784). Am. 755 falsum[17] (Cp. 955 Mn. 656. Mr. 308). As. 943 novom (Ca. prol. 70). As. 943 mirum. Al. 760 meum (Mo. 588). Al. 761 tuom (B. 1153), cfr. Ps. 297 suom (Tr. 315). Cp. prol. 16 relicuom. ib. 182 profundum. Ca. 6 ceterum (Mn. 224. Ps. 755). Ci. I, 1,69 amarum (Ps. 63). Cu. 47 mutuom (Tr. 438). Cu. 48 proprium. Cu. 144 magnum. E. 320 certum Mr. 655 incertum (*certum* codd.). Ml. 1018 planum (sic Guilielmus — *patrē* B — *patrem* CD — *parem* FZ). Mo. 220 gratum. Pe. 473 alienum (Ps. 297). R. 767 humanum. Tr. 286 sacrum — publicum.

---

17) Falsus, notus, cuncti, aliae voces, quamquam re vera sunt participia, tamen usu adeo adiectivorum vim receperunt, ut, si agitur de rebus syntacticis, certe inter adiectiva sint referenda.

ββ. declinat. tertiae:

Am. 494 par (Mr. 629. Tu. 939). Ca. 831 tale (Mn. 112. Mr. 318. Ml. 50, ubi B exhibet *talem*, Ps. 437). Ml. 50 quale. Ml. 291 verisimile (Mo. 13). Po. 1329 credibile (Tr. 606). Ps. 63 dulce (ib. 740). ib. 436 vetus (*verum* F, sed illud falsum esse vel metro comprobatur).

Terentiana quoque satis multa exempla exstant, quorum haec maxime consulantur [18]):

α. adiectivorum et pronominum, quae numerum aut quantitatem significant:

αα. declinat. alterius:

Andr. 30 aliut (Phor. 235). ib. 484 quantum (Phor. 986). Andr. 641 multum (Eun. 1075). Haut. prol. 13 tantum. Hec. 465 utrum. Ad. 813 plurumum (ib. 868).

ββ. declinat. tertiae:

Eun. 970 omne (Ad. 280). Phor. 554 plus minusve.

β. ceterorum adiectivorum et pronominum:

αα. declinat. alterius:

Andr. 708 verum (Eun. 713. Haut. 319. 343. 766. Ad. 609). Andr. 901 aequom (Haut. 91. Phor. 114. Ad. 803), cfr. Haut. 642 bonum atque aequom. Eun. 111 certum (ib. 921. Phor. 148). Eun. 723 gratum (*gratam* B — *gratiam* ex *gratum* C). Haut. 742 tuom. Phor. 411 iniquom. ib. 430 tuis dignum factis feceris. Hec. 304 magnum. ib. 306 parvom. ib. 709 mirum. Ad. 241 totum.

ββ. declinat. tertiae:

Andr. 680 melius (Phor. 1005). Eun. 445 par (Ad. 72). Hec. 140 verisimile. Cfr. Phor. 986, de quo loco infra dicemus. De *antiquom*, *superbum* vid. Lorenzii adnot. ad Most. v. 789.

18) Barthius l. l. certos quosdam fines constituere conatus est, intra quos accusat. neutr. singul. Terentius absolute posuerit. Sed pronomina et participia, quae et ipsa inter exempla eius inveniuntur, haud raro fines illos excedunt.

Ex his exemplis, quorum etiam maior numerus adferri potest, facile cognoscitur, saepissime ab utroque scriptore neutra singular., imprimis eorum adiectivorum et pronominum, quae numerum aut quantitatem significant, in casu accusativo, nec raro in nominativo, substantivorum loco usurpata esse [19]). In hac igitur re cum usus Plautinus et Terentianus inter se simillimi sint, plane diversa est classicorum scriptorum dicendi ratio, quos multo rarius et fere semper abstracte, ut aiunt, adiectiva posuisse recte docet Naegelsbachius, l. l. pag. 64 sq. Quamquam Terentium paulo propius ad usum classicorum accedere negari non potest, cum exemplorum, etsi numerum comoediarum multo minorem respicimus, non tanta multitudo reperiatur, et adiectiva apud Plautum semper concrete, ut aiunt, apud Terentium ter abstracte usurpata sint. Legitur enim: Phor. 986 impurum vide quantum valet. Haut. 642 qui neque ius neque bonum atque aequom sciunt. Andr. 629 idne est verum? quod non vertendum est: ist das wahr? sed: heisst das Aufrichtigkeit? [20])

3. Multo rarius substantivorum vis tribuitur neutris singular. in casu g e n i t i v o, nisi quod genitivus pretii et partitivus alterius declinationis, pendens ex vocibus quantitatis, ut apud ceteros scriptores saepissime inveniuntur. Atque primum de genitivo partitivo haec conferantur exempla.

Am. 641 plus aegri. ib. 672 divini (*divino* Z) quidquam. As. 50 quid — novist. ib. 854 neque divini neque — humani — quicquam. Al. 645 tui quicquam (ib. 654). Mr. 666 nil — relicui (Tr. prol. 14). Mr. 359 quid — amoeni. Ml. 407 nihil certi. ib. 1044 plus humani. Po. 466 quid — divini aut humani. R. 647 quid iniqui. Tr. 260 amari — satis (sic Ritschelius — *amara* libri omnes. | Andr. 788 nihil — falsi. Eun. 200 falsi

19) Erravit igitur Biesius l. l. pag. 27.

20) Plinius minor in hac quoque re, ut in plerisque, classicos scriptores imitatus est, minus Iuvenalis. Cfr. Kraut, l. l. pag. 6, et Rahn, l. l. pag. 29. Ceterum dolendum est, quod Rahnius nullo discrimine inter voces, quae plane substantive usurpantur, ellipses, singula pronominum genera facto exempla conscripsit.

quicquam. Haut. 77 humani nil. ib. 237 quid veri. Hec. 706 quicquam certi.

Tertiae vero declinationis voces et pronomen *aliud* eodem semper casu adduntur, interdum alterius quoque declinationis (cfr. Haase, Vorlesungen ueber latein. Sprachwissenschaft, ed. Eckstein II, 31).

Am. 271 (si) quicquamst aliut. As. 933 aliut nil. B. 757 numquid aliut (Cp. 400. Ml. 259. Tr. 395. Ps. 370, ubi cum ABCD scribendum est *alium*). Cu. 168 quid — magis dis aequiparabile. Mr. 957 quidquam adsimile. Mo. 256 peius quidquam. Po. 504 nil quidquam iniquius. R. 925 grave quid. | Andr. 306 nil — aliut. ib. 746 quid — aliut. ib. 874 quicquam — gravius. Eun. 272 numquid aliut (ib. 994, saepius). ib. 504 quid aliut. Haut. 551 si quid simile (*quod* A). Phor. 415 ne quid turpe. Sed inutile est, omnia, quae huc pertinent, exempla afferre, cum in hac re nihil intersit inter Plauti, Terentii, classicorum scriptorum usum. De adiectivis alterius declinationis attributive additis hos locos consule: As. 20 si quid falsum. Cp. 703 quicquam — falsum. ib. 802 quid — tantum. ib. 989 nil — ceterum. E. 548 quid ceterum. Ml. 893 quid bonum (B: *quod bonum*, ubi *bonum* est plane substantivum). ib. 905 nihil novom (*novom* om. B). Mo. 345 non mirum aut novom quippiam. Pe. 688 nil mirum. ib. 692 numquid ceterum (ib. 708). Ps. 759 quidquid incerti — aut ambiguom. ib. 861 tuom si quid sumet. R. 1092 certum nil. | Haut. 83 quid — tantum. ib. 316 paululum — quid. ib. 1005 tam ineptum quicquam. Hec. 209 quicquam — dignum te (*dignum* ^{de}*te* P, corr. P² — *dignum de te* F falso exhibent. De ablativo ad adiectivum addito cfr. Zumpt. gramm. lat. § 433, Naegelsb. l. l. pag. 65).

Videmus igitur, Plautum adiectiva II. declinat. haud raro ad neutra pronominum et adiectivorum attributive addidisse, Terentium vero in hac quoque re propius accedere ad classicorum usum, qui fere semper genit. partitivum addiderunt (cfr. Kuehner, ausfuehrl. lat. Grammatik II, 316. Vid. Graecorum:

νέον τι, nostrum: nichts Gutes, mit etwas Neuem, sed antiquioribus temporibus: niht guotes, non: niht guotez).

Paucis dicendum est de hoc loco: Ps. 569 novo modo novom aliquid inventum afferre addecet. Sic libri omnes cum A. — *novo modo*, *novum inventum* Pareus. — *novus, novum aliquid inventum* Guyetus; itidem Pius, nisi quod pro *aliquid* scripsit *aliquod*. - *nove, novom aliquid inventum* Bothius — *novo modo novum aliquid* Dousa et (nisi quod *novom*) Ritschelius. Equidem puto prorsus sequendam esse codicum memoriam, *inventum* mere participialiter positum esse iudicans *(χρὴ νέον τι αὐτὸν εὑρόντα λέγειν)*, neque miror hoc non suspectum fuisse Bentleio (in Phor. V, 8,79).

Praeterea genitivus pretii, qui dicitur, saepe usurpatur, pendens ex verbis, quae significant: *aestimare*, *esse*, *fieri* (schaetzen, wert sein, gelten), cum verba emendi, vendendi, locandi, conducendi, similia cum ablativo iungantur exceptis genitivis: tanti, quanti, pluris, minoris [21]). In qua re cum Plautus et Terentius a posteriorum usu non recedant, non omnia, quae huc spectant, exempla afferam. Conferantur haec: As. 114 facio haud magni (ib. 214. 407, ubi EIFZ exhibent *magnum facio*). ib. 460 magni pendo (Ca. 221. Cu. 262. S. 135). Al. 112 parvi facere (Ml. 1351, ubi *parvos* B. R. 697). B. 207 plurumi pendet. ib. 821 tantist, quantist. ib. 1135 quanti fuere (Mr. 270. 514. Tu. 490). Cu. 580 pluris facio (Tr. 34). E. 522 minoris facio (ib. 661). Mn. 680 redimam bis tanto pluris. Mr. 16 non tanti facere. ib. 425 minoris vendas [22]). ib. 490 tanti — quanti poscit vin tanti illam emi? Mo. 215 minoris pendam (ib. 883). Mo. 646 quanti destinat. Pe. 353 pluris aestumo. ib. 575 quanti indicet (*quantum* DFZ). ib. 661 tanti indica.

21) Cfr. Schultz, lat. Sprachlehre § 281. Miror, quod hanc legem tam simplicem non eruit ex suis exemplis Heinrichs, de ablat. apud Terentium usu et ratione. Elbing. 1858. pag. 17.

22) Quam ineptum sit, in talibus rebus ellipses statuere, vel inde cognoscitur, quod si substantivum additur alius casus est adhibendus; ut *minoris vendere* = *minore pretio vendere*, sim.

Ps. 269 minumi facit (*minime* C). ib. 809 minoris — quisquam subigere (scil. potest. Perverse scripsit Acidalius: *minori qui, quam* ...). ib. 875 quanti — perdoces. ib. 1184 quanti conductast. | Andr. 526 parvi pendo. ib. 574 maxumi feci (*maxume* BCD^2E^1 [C ex *maxumi*]). Eun. 791 quantist sapere. ib. 984 emit — quanti. Haut. 155 quanti penderes. Ad. 249 quanti emptast, ib. 879 magni fieri (omnes praeter Bembini primam manum codd. exhibent *pendi*). ib. 977 quantist. Vid. Schaaff, de genit. usu Plautino. Halis 1881, pag. 35 sqq.

Dubium est, utrum ad genitivum partitivum an pretii referenda sint haec exempla (vid. Barth. pag. 178): Ml. 784 aequi istuc faciam dummodo ... (*atque istuc faciam, dummodo* C et, nisi quod *istunc*, D — *atque istuc faciundū modo* B. — *atqui istuc parvifacio dummodo* F et, nisi quod *atque*, Z. Codicum CDB lectionem falsam esse ex sententiarum conexu apparet, nec magis probandae sunt cod. F et edit. princ. lectiones, quae vel metro damnantur. Scribendum est cum Lambino et Ritschelio *aequi*). Haut. 788 istuc, Chremes, aequi bonique facio (cfr. Ciceron. ad Att. V, 7,4: tranquillus animus meus totum istuc aequi bonique facit).

De ablativo pretii haec consule exempla: E. 51 quanti eam emit? — vili. ib. 295 quanti emi minumo potest (sic recte Luchsius, Studem. stud. vol. I pag. 36 — *emi potest minimo* BIF — *emi potest maxime* Z. cfr. ib. 296). Ps. 1192 quantillo argenti te conduxit? Eun. 75 te redimas captum quam queas minumo, si nequeas paululo. Mo. 905 nimio emptae. Mr. 297 *bis tanto valeo quam valui prius* perverse contendit Draegerus, l. l. I, 567 *tanto* esse ablativum pretii; est enim mensurae, ut iam infra videbimus.

Simili modo genitivus pretii coniungitur cum verbo impersonali, quod est *refert*: Ml. 882 quam sane magni referat. Ps. 102 non pluris refert. ib. 1085 quanti refert. R. 966 quanti illud refert. Haut. 467 permagni referre. Phor. 646 parvi retulit. ib. 723 quid refert? Magni. ib. 800 quid istuc nostra (scil. refert)? Magni.

Videmus igitur, neque Plautum neque Terentium accusativum adiectivorum aut pronominum praeter *quid* et *nihil* ad vocem *refert* addidisse, id quod saepe occurrit apud scriptores classicos. Semel Terentius usus est adverbio: Ad. 881 id mea minime refert.

Denique paucis locis alii genitivi occurrunt: B. 504 nam mihi divini numquam quisquam creduat. (De structura vid. Am. 672. As. 459. Tu. 307.) Po. 184 dupli — fur siet (sic Camerarius — *duplici* CD — *dupli*^{ci} B — *duplicet* FZ). Talia exempla non affert Krautius, compluria Naegelsb. pag. 65, Rahnius pag. 30, Draeg. pag. 53 sq.

4) D a t i v u s neutr. singul. substantive non ponitur nisi in locutione *par pari respondere*, quae bis apud Plautum (Mr. 629. Tu. 939), semel apud Terentium invenitur (Phor. 212). Vix enim respiciendi sunt ii loci, ubi *ridiculo, deridiculo, inridiculo* substantivorum vice funguntur (Ml. 92. Po. 1182. Eun. 1004), quia, quamquam nullum firmum argumentum afferri potest, tamen veri est simillimum, vocibus illis iam a nostris poëtis vim plane substantivam tributam esse[23]). (Cfr. Naegelsb. pag. 66, Draeg. pag. 54).

5) Satis multa a b l a t i v i exempla reperiuntur. Primum enim huc pertinent adverbia in o et ō exeuntia[24]), ut assiduo, repentino, primo, certo, commode, lepide, quae tamen enumerare longum neque nostrum est. (Cfr. Neue, latein. Formenl. II, 645 sqq., Draeger I, 110 sq., Holtze I, 146 sqq., Heinrichs l. l. pag. 41 sqq.)

Tum saepissime apud utrumque poëtam ablativi mensurae, quos vocant, inveniuntur comparativis, superlativis, similibus vocibus coniuncti. Exemplorum, quae omnia afferre propter magnam multitudinem inutile esse videtur, conferas quaeso haec:

---

23) Idem dicendum est de voce *intestina*.

24) Etiam adverbia in ē exeuntia ablativos esse cognoscitur ex forma *facillumed*, quae est in S. C. de Bacchan., et *alted*, quam Ennianam feliciter restituit Od. Mueller in Festi pag. 206.

As. 441 dimidio minus. ib. 592 aliquanto amplius (Al. 539. S. 417). Al. 481 multo — concordior (ib. 499. 705. 706. Ml. 587. S. 627). B. 122 nimio plus (ib. 164. Mo. 72). B. 557 tanto magis (Mn. 680. Pe. 153. S. 607). Mo. 394 hau tantillo minus. B. 310 multo tanto carior. Mn. 800 multo tanto — amplius. S. 339 nimio — multo tanto plus. Am. 782 multo maxuma (ib. 994. S. 123. ib. 164). B. 396 nimio praestat. ib. 853 multo post (Ps. 1039. 1043. Tu. 413). Mo. 179 multo malo (Ps. 209). | Andr. 774 tanto magis (Phor. 328). Eun. 506 quanto magis (Haut. 424). Andr. 526 multo maxumum (Eun. 253. Haut. 842). Eun. 733 multo ante. Hec. 110 multo malis.

Rarissime ablativus additur ad positivos, cuius usus unum certum exemplum Terentianum mihi occurrit: Haut. 205 paulo tolerabilis. Vix enim huc pertinent loci, ubi *alius* et *secus* tales ablativos admittunt, cum proxime ad comparativorum naturam voces illae accedant (Ca. prol. 46 multo secus. Andr. prol. 4 aliter—multo. Cfr. nostrum: *anders als*, Graecorum: *ἄλλοι ἡμῶν*). Nec magis idonea putabis ad usum comprobandum duo exempla Plautina: Am. 943 bis tanto amici, et Mr. 297 bis tanto valeo, ubi cum utroque loco sequatur particula *quam*, ad positivum pro comparativo positum est provocandum. Ceteri vero loci sunt incerti. Quamquam Mn. 821 recte scripsisse videtur Bothius: nimio hoc ludicre negas (*inmo* B — *immo* rell. codd.). Lambini enim lectio: *nimium*, quamquam magis respondet usui Plautino, tamen probari vix potest, quia nimis recedit a codicum memoria. Persae autem v. 94 dubito, utrum Ritschelii lectionem praeferam (*nimio sunt crudae*), an Guyeti (*nimis* cet.), an Pii (*nihili* cet.), cum omnes planam sententiam efficiant, neque ulla nimium recedat a codicum scriptura, quae est *nihil*.

Etiam accusativi pro ablativo ad comparativos additi unum tantum certum exemplum Terentianum mihi occurrit: Eun. 131 aliquantum avidior. Attamen tribus aliis locis codicum optimorum auctoritate ducimur ad hunc accusativi usum. Most. enim v. 824 codd. BCD exhibent *multum inprobiores*, F et Z *multo inprobiores*, quod vix recte recepit Ritschelius. S. 699 recte

Goetzium: *nimium hic dulciust* scripsisse puto duce codice A, qui exhibet *nimium hic dulcius*, cum ceteri editores codd. BCDFZ secuti scripserint: *hic magis est dulcius*. Tertio quoque loco, qui est Haut. 201, cum codice praestantissimo A legendum esse puto: *aliquantum iniquior* (*aliquanto* [B]CDFP — *aliquando* E). Verum ablativus ponendus est Eun. 731 multo hilarior, ubi D et G tantum exhibent *multum*. Denique Ml. glor. v. 1323 sequor novissimam Ritschelii coniecturam: *propteread animo eram ferocior*. Quae si cui displiceat, nescio an codd. vestigiis (*propter animum* ... B *propterea animum* C — *propterea* ni *amum* Da — *propterea animi* Dc — *propterea animo* FZ et Nonius) magis ducamur ad lectionem *nimium eram ferocior* probandam, quam *nimio*, ut voluerunt editores.

Alii ablativi raro occurrunt: B. 349 plus iusto. Cp. prol. 16 alieno uti. Mo. 177 vero extolli. ib. 179 vero culpari (cfr. Lorenzii adnot. ad. h. l.). Haut. 144 paululo — contenta. Phor. 822 paulo mederi.

6) Ut apud Ciceronem et Livium, ita apud Plautum et Terentium quoque saepe pendent accusativus et ablativus e x p r a e p o s i t i o n i b u s, et in ea ipsa re elocutio eorum cum classicorum consentit, quod multo saepius alterius, quam tertiae declinationis adiectiva ita usurpantur, eo vel Livio accuratior, quod numquam comparativi, raro superlativi ex praepositionibus pendentes substantivo carent adposito. (Cfr. Draeger. pag. 55 sq., Naegelsb. pag. 66 sq., Rahn pag. 30, Kraut. pag. 7, quem nonnullas locutiones falso soli Plinio vindicasse exemplis nostris comprobabitur.)

Inveniuntur talia exempla Plautina:

in. II. declin. Am. 223 in medium. ib. 478 in tranquillum. As. 158 in altum (Ml. 117. R. prol. 66. V. XX, 2). Cp. 441 in perpetuom (S. 747). Ca. 435 in proxumum (E. 68. Ml. 287). (Tales superlativi, qui non solitam et longiorem prae se ferant superlativorum formam [-issimus, -illimus, -errimus], ut *maximus*, *optimus*, *summus*, *infimus*, apud Ciceronem quoque, qui

ceteros evitavit, saepius absolute ponuntur. Cfr. de fin. V, 84 ad extremum. ib. III, 48 a summo). Mo. 1048 in tutum. Po. 1324 in serum. S. 614 in publicum (Pe. 68). Cp. 536 in incerto. E. 49 in alto (R. 513. Tr. 827). Mr. 382 in tuto (ib. 891). Ml. 134 in proxumo (ib. 264. 301. 969). Mo. 909 in publico. Tr. 594 in ambiguo.

III. declin. As. 286 in commune. ib. 710 in proclivi (Cp. 336).

de. II. declin. Am. 1001 de supero. As. 181 de pleno. Al. prol. 31 de proxumo (R. 404). Al. 294 de suo (Pe. 122). B. 98 de tuo (Mn. 149. S. 426. Tr. 328). Cu. 123 de paulo. Ml. 905 de meo (Pe. 473. Tr. 329). Mn. 103 de summo. Po. 534 de alieno. ib. 641 de nostro (Tu. 107). Tu. prol. 6 de vostro (ib. 953). Saepissime invenitur *denuo*.

III. declin. ————

ab. II. declin. Mo. 824 a primo. ib. 825 ab infumo. Pe. 771 ab summo. R. 1039 ab suo. Tr. 1019 ab alieno.

III. declinat. ————

ex. II. declin. As. 53 e proxumo (Al. 171. 290. 400. 403. Ca. 575. Mn. 789). Mn. 227 ex alto. Ml. 1018 ex proclivo. Mo. 865 ex pauxillo. Ps. 965 ex incerto. ib. 1190 ex antiquo. R. 1192 et 1196 ex inproviso (utroque loco rest. Fleckeisenus).

III. declinat. ————

praeter. B. 418 praeter aequom.

pro. Mr. 655 pro certo (Tr. 1050).

ad. Po. 844 ad postremum (*posterum* B). R. 1151 ad verum.

Apud Terentium inveniuntur talia exempla:

in. II. declin. Haut. 669 in angustum. ib. 781 in perpetuom (sic A — *perpetuo* omnes rell. codd.). Phor. 451 in integrum. Ad. 243 in dubium (ib. 340). Andr. 347 in dubio. Eun. 1038 in tranquillo. Haut. 54 in proxumo (Hec. 341). Haut. 689 in tuto (ib. 695. 708. Phor. 734. Ad. 267). Phor. prol. 16 in medio (Ad. 479).

III. declin. Andr. 548 in commune. ib. 701 in proclivi.

de. II. declin. Andr. 360 de inproviso (ib. 417. Haut. 281. Ad. 407). Haut. 674 de integro (ib. 1010 ex emendat. Lomanni. Phor. 174. Ad. 153). Ad. 117 de meo. Saepissime occurrit *denuo*.

III. declinat. ————

ex. II. declin. Haut. 598 ex alio. Phor. 689 e tranquillo. Phor. 967 e medio (ib. 1019. Hec. 620). Ad. 987 ex aequo et bono.

III. declinat. ————

pro. II. declin. Ad. 478 pro certo.

III. declin. Eun. 445 par pro pari referto (*pro* in D et G omissum, in A a corr. rec. inductum est; sed postulatur metro).

ab. Phor. 604 a primo (ib. 642).

praeter. Hec. 225 praeter aequom. Ad. 64 praeter aequomque et bonum.

Videmus igitur, in hac quoque re quam simillimos inter se esse usum Plautinum et Terentianum, et utrumque scriptorem saepe accusativum et ablativum adiectivorum pronominumque fecisse ex praepositionibus in, de, ex, ab, praeter, pro (ad) pendentes. Quamobrem si verum est, de quo vix quisquam dubitabit, antiquiores scriptores latinos liberos fuisse a Graecorum imitatione, prorsus reicienda est illorum virorum sententia, qui hunc usum Graecorum maxime imitatione excultum esse arbitrantur. (Vid. Kraut. pag. 8, Draeger. pag. 59. Kuehnast, Liv. Syntax pag. 362).

7) Adiectiva et pronomina numeralia nonnumquam addita inveniuntur: E. 518 alterum tantum. Tr. 329 omne meum. Andr. 954 *aliud magis ex sese et maius* adiectivum additum est ad pronomen (cfr. pag. 8).

b) de participiis.

Participiorum haec exstant exempla:

1) n o m i n a t. B. 726 imperatum (ib. 733). Ml. 1011 exoptatum. ib. 602 bene consultum. Po. 844 male partum. ib. 1271 cupitum. Andr. 225 commentum.

2) accusat. Cu. 10 congestum. ib. 540 redditum. Mn. 979 molitum. R. 1241 partum bene. Tu. 343 antepertum. Phor. 419 actum. Breviter commemoretur, huc pertinere *vorsum* et adverbia praepositionesque in *vorsum* exeuntia, de quibus cfr. Neue, l. l. II, 634.

3) genitivi tria exempla occurrunt: Mo. 304 ratio accepti atque expensi. Tu. 749 ratio accepti. Eun. 542 parati nil est.

4) Plura exempla sunt ablativi, qui partim vim absoluti, ut aiunt, ablativi habet, ut Pe. 607 auspicato. Po. 788 consulto. Andr. 807 auspicato. Phor. 756 composito, partim adverbii notionem recepit, ut Am. 658 optato (*optato* ex *optatu* E, *optatū* FZ — *optatae* Bothius), As. 896 fenerato, Andr. 533 optato, Hec. 94 praefinito (cfr. Neue II, 647 sqq. Holtze I, 146 sqq. Draeger II, 798 sqq. Heinrichs II, 41 sqq.).

5) In Plauti comoediis saepius participia pendent ex praepositionibus: B. 469 **ex** audito. Mr. 879 ex advorso. V. XXI, 2 ex occulto. Cp. 80 **in** occulto (ib. 83. 165. Po. 335. Tr. 664. 712). Cp. 484 **de** conpecto (ib. 489. Ps. 540). Mr. 902 an de audito (sic Guyetus — *ante audito* BCD — *an tu audito* F — *an tu: audio* Z). Unum exemplum Terentianum inveni: Eun. 787 ex occulto.

Cas. 421 legitur: Nunc enim te demum nullum scitum scitiust. Quae Bothii emendatio, cum nimium recedat a codicum scriptura: *Nunc enim tu demum nullo scito scitus es*, neque *scitum* ullo loco Plautino aut Terentiano vim prae se ferat aperte substantivam, nescio an melius scribatur: *Nunc enim tu demum nimio scite scitus es* (cfr. v. 418 et commentat. pag. 28). Totum versum cum codd. tribuo Alcesimo, non, ut Geppertus, Stalinoni.

In coniunctionibus, quales sunt: »opus est facto, transcurso usus est, opus est scito«, *facto, transcurso, scito* sunt ablativi substantivi verbalis, neque nostrum est, haec exempla afferre. (Cfr. de forma Buecheler, Grundriss der lat. Declination ed. Windekilde pag. 96; de re Draeger II, 780. Heinrichs II, 34 sqq.).

Participia igitur neutr. singular. substantive non ponuntur nisi perfecti passivi. (Naegelsb. 86, Kraut. 7. Rahn. 29 sq.)

II. De neutris pluralibus.

a. De adiectivis et pronominibus.

(Cfr. Naegelsb. pag. 74. Draeger. I, 50 sqq. Kraut. pag. 6. Rahn. pag. 23 sqq.)

1) In neutris pluralibus substantive ponendis eam legem omnes, quantum quidem video, scriptores latini secuti sunt, ut saepius eos casus ita usurpent, in quibus neutra habent propriam suam formam a masculinorum femininorumque diversam, quam ceteros, quibus forma communis sit cum genere utroque aut masculino. Qua re neutra pluralia saepissime substantivorum loco ponuntur in casibus nominativo et accusativo. Barthium vero iniuria hunc nominat. plural. usum a Terentio abiudicavisse ex locorum collectione elucebit. Iam conferantur haec nominativi exempla Plautina:

α. adiectivorum et pronominum, quae numerum aut quantitatem significant:

αα. declinat. alterius:

Am. 938 multa. Mo. 414 cuncta (ib. 734).

ββ. declinat. tertiae:

Ca. 85 plura. Ml. 1304 omnia (Mo. 79. 417. Po. 360. Ps. 164).

β. ceterorum adiectivorum et pronominum:

Al. 432 mea (R. 1137). Cp. 200 indigna. ib. 706 falsa. Ci. I, 2,46 humana. Po. 1270 digna (R. 640).

Terentiana mihi tria exempla occurrerunt:

Andr. 511 multa ($\alpha^{\alpha\alpha}$), Haut. 445 omnia ($\alpha^{\beta\beta}$), Haut. 552 humana (β).

2) De accusativo haec consule exempla Plautina:

α. adiectivorum et pronominum, quae numerum aut quantitatem significant:

αα. declinationis alterius:

B. 481 alia (Mn. 922. Ml. 20. 929. 934. al. l.). Mn. 862 multa (Ml. 1285. Pe. 8. Po. 360. S. 7b, saep.). Mr. 389 paucula. Mo. 279 cuncta (Ps. 223).

ββ. declinat. tertiae:

As. 26 omnia (Ml. 1106. 1338. Mo. 1032. Pe. 186. al. l.). Mn. 252 plura (Tr. 711).

β. ceterorum adiectivorum et pronominum:

αα. declinat. alterius:

Am. prol. 35 iniusta. prol. 36 iusta. As. 186 vera (ib. 924. Ca. 131. Ml. 913. Mo. 370. 980. Pe. 616). As. 199 cetera. ib. 330 ridicularia. ib. 496 secunda (*secundā* m.[3], ut vid., ex *secunda* E — *secundas* Lipsius). Al. 433 mea (Ml. 1350). Al. 434 tua. E. 645 falsa (Mn. 412. Ml. 843, saep.). Mr. 546 antiqua. Ml. 636 nota. Mo. 980 vana. Pe. 543 aequa. ib. 766 mutua. Ps. 685 certa — incerta. ib. 1274 Ionica (sic emend. Camerarius scripturas codd., qui omnes discrepant). Ci. IV, 1,16 cassa. Tu. 935 cibaria.

ββ. declinat. tertiae:

Ps. 315 meliora (*di meliora faxint* A — *di melius faciant* cet. codd.). Ps. 363 vetera (Tr. 1031).

Conferantur haec exempla Terentiana:

α. adiectivorum et pronominum, quae numerum aut quantitatem significant:

αα. declinat. alterius:

Andr. 398 alia (*aliam* Donatus, saep.). ib. 511 multa (Haut. 573, saep.). Haut. 828 paucula.

ββ. declinat. tertiae:

Andr. 161 omnia (saep.). Ad. 124 plura.

β. ceterorum adiectivorum et pronominum:

Eun. 106 vera (Haut. 490). Haut. 504 aliena — sua. Phor. 771 recta. ib. 830 propria. Hec. 475 aequa (Ad. 503). Ad. 187 iniqua.

Apparet, neutra plural. in casibus nominativo et accusativo non tam saepe substantive posita esse, quam singularia (vid. pag. 23 sqq.).

3) G e n i t i v u s neutr. plur. saepius occurrit in locutione: *omnium primum* (As. 650. Ca. 30. Mo. 397. 400. S. 726. Tr. 236. Tu. 787. Haut. 274, al. l.). Praeterea huc fortasse referendus est

v. Phor. 587: *nam ego meorum solus sum meus*, ubi tamen dubium est, utrum *meorum* sit mascul. an neutrius generis, quia sententia illa, Graecae *ἐγὼ γάρ εἰμι τῶν ἐμῶν ἐμὸς μόνος* respondens, dupliciter explicari potest (cfr. Dziatzkon. adnot. ad h. v.).

4) D a t i v i et a b l a t i v i absolute usurpati non inveniuntur nisi adiectivorum *paucis* et *multis*: Andr. 536 paucis (dat.) (*paucis* ex *paucas* C[2], P[2], — *pauca* B. Cfr. Hec. 510. 806). Al. 199 paucis (abl.) (B. 589. Cp. prol. 53. Mn. 252. R. 120. 650. 1102. Tu. 864. Andr. 29, saep.). Andr. 114 multis (ablat.).

Phor. 501 cum G[2] legendum esse puto: *ei verbis vincor*, non *veris*, quod ne planam quidem efficit sententiam (cfr. Barth. l. l.). De *intestinis*, quod legitur Cu. 244, cfr. adnot. 23.

5) Nonnumquam accusativus et ablativus pendent e x p r a e p o s i t i o n i b u s: Ca. 539 **in** pauca confer (Po. 1224. Ps. 278). Mo. 1028 in tuis. Ml. 716 **ad** te et tua. Po. 360 **ex** multis. Tr. 749 **de** divinis atque humanis cernitur. | Andr. prol. 14 **pro** suis. Andr. 58 **praeter** cetera. Hec. 135 **ad** pauca.

6) Denique haud raro adiectiva et pronomina numeralia, semel participium, adduntur: Am. 174 multa iniqua. ib. 258 divina humanaque omnia. Ml. 1287 multa — inhonesta — atque aliena a bonis. Po. 239 nimia omnia. ib. 996 vera cuncta. Ps. 632 sescenta tanta. ib. 694 dulcia atque amara omnia. ib. 856 nostra — omnia. ib. 1188 mea — omnia peculio empta meo. S. 670 peregrina omnia. Ml. 1302 pretiosa omnia (sic Bothius — Codd. scripturae sententiae obstant et metro). Tu. 947 alia multa. | Andr. 96 omnia bona. ib. 354 alia multa (Eun. prol. 17). Haut. 839 multa iusta iniusta. Phor. 611 nova — compluria. Hec. 281 plura — acerba. Ad. 990 iusta iniusta prorsus omnia (sic C[1]P et Donatus; *iusta iniusta* BC[2] DEFP).

Ca. 520 ita exhibetur in codicibus omnibus: *tanta factis modo mira — vidi*. Hanc scripturam, quam falsam esse nemo non videt, Scioppius mutavit in *tanta factu modo mira*. Sed ne hoc quidem mihi probatur, cum pronomen *tantus* nusquam, quod quidem norim, vim numeralem prae se ferat apud Plau-

tum, neque *mira* hoc loco plane substantivum esse ex supino addito cognoscatur. Aliter igitur scribendum erit, nisi ad illud recurrere volumus, quod Casina, qualis ad nos pervenit, vix est Plautina.

b. De participiis.

Participia apud Plautum et Terentium absolute posita non inveniuntur nisi perfecti passivi, quae eisdem fere legibus atque adiectiva usurpantur, cum saepius nominativus et accusativus, interdum ceteri casus sine substantivis occurrant. Haec sunt exempla:

1) nominat.: As. 56 data. Mo. 197 insperata.

2) accusat.: Am. 200 audita (Tu. 489). Am. 206 rapta. B. 1068 incepta. Mr. 39 coepta (cfr. Ritsch. Par. pag. 20). Pe. 629 optata. Ps. 386 imperata. Tr. 643 anteperta. ib. 649 errata. Haut. 611 optata. Phor. 283 cogitata.

3) genit.: Tr. 241 celatum (indagator).

4) dat.: ——————

5) ablat.: As. 166 superes datis. Tu. 569 devorat nec datis unquam abundat (sic Buechelerus in ind. schol. Bonnens. 1878/79, pag. 24 — *deumquā* BCD — *devorat nunquam* FZ).

6) His locis Plautinis participia pendent ex praepositionibus: As. 525 pro datis. Tu. 241 ab datis. Ca. 121 ex auditis.

7) Denique hi loci conferantur: Cp. 355 omnia optata. Tr. 164 celata omnia. Ad. 978 omnia optata.

Videmus, neque Plautum, neque Terentium participia praesentis aut futuri aut gerundia substantive posuisse. Kraut. pag. 7 ex Plinio duo exempla affert praes., unum futuri, septem gerundivi, Rahnius pag. 26 sq. sex gerundivi.

III. De mascul. et femin. singul.

a. De adiectivis et pronominibus.

Dietrichius in quaestt. grammaticis pag. 486 Ciceronis maxime usum respiciens docuit, alia adiectiva pro substantivis poni non posse nisi quorum ea sit ratio, ut praeter notae significationem simul certum aliquod rerum aut hominum genus, quod illa nota insigne sit, comprehendant. Sed iam Naegelsbachius, qui in commentatione saepius laudata plurium, quam Dietrichius, scriptorum rationem habuit, paulo longius progressus quadruplici illa ratione masculina et feminina singularis numeri poni potuisse ostendit, ut aut totum aliquod hominum genus significarent, aut de singulis hominibus sermonem esse ex tota sententiarum ratione appareret, aut in dictione magis philosopha de certa quadam ficta persona diceretur, aut denique adiectiva proxime vicina essent substantivis, quorum ita vis adiectivis quodammodo impertiretur. In Plauti vero et Terentii comoediis tria significationis genera aperte distinguenda sunt, cum mascul. et femin. singul. usurpentur et ad totum aliquod hominum genus et ad unam personam, ut aiunt, significandum, quae ipsa tum certa ac definita est, tum dubia atque incerta. Quod quo facilius cognoscatur, illis locis, ubi altera est significatio, crucem, ubi tertia invenitur, stellulam praefigere, denique ea exempla, in quibus prima adiectivi vis occurrit, nullo signo adpicto in medium proferre liceat. Iam conferantur, ut singulis exemplis utar, hi tres loci Plautini: Tr. 284 malus bonum malum esse volt: Der Schlechte will, dass auch der Gute schlecht sei *ὁ κακός — τὸν ἀγαθόν*). Mn. 646 Viden téd ut +scelestus captat? ·.. wie dich der Niedertraechtige zu fangen sucht? (*ὁ πονηρός* seu *ἐκεῖνος ὁ πονηρός*). Al. 184 Non temerariumst, ubi *dives blande appellat *pauperem .... wenn ein Reicher einen Armen freundlich anredet (*εἴ τις πλούσιος — πένητα* seu *πένητά τινα*[25]).

25) Rahnius, quem iam supra commemoravi exempla natura sua dissimilia atque segreganda inter se coniunxisse, in hac parte gravius interdum peccasse videtur. Nam pag. 20 Dietrichii, quem recte docuisse

Ceterum illud nostris scriptoribus cum omnibus, quos quidem norim, est commune et facile ad explicandum, quod feminini generis adiectiva substantive non ponuntur, nisi genus conspicuum est aut ex forma (bonas), aut ex notione (dotatis), aut ex tota sententiae ratione (ingenuam et liberalem adiuvare, pauperem in matrimonium ducere). Atque exempla, quae huc pertinent, satis numerosa ita liceat ordinare, ut casus singulos secuti primum masculini, tum feminini generis voces afferamus, in utraque parte alteram (primam) et tertiam declinationem discernentes.

1) De nominativo hi loci Plautini consulantur: Am. 293 nullus (B. 336. 543. Mr. 167. 897. S. 217, saep.). Am. 647 meus (scil. maritus). Ita voces coniugis, uxoris, filii, filiae, servi, ancillae, sim. saepissime latent in simplici pronomine possessivo, qui usus non magis referendus est ad ellipsim, quam *Amphitruonis Sosia* (Am. 378), *Palinurus Phaedromi* (Cu. 230), Graecorum *ὁ τοῦ Καμβύσου Κῦρος*, *ὁ ἐμός*, nostrum: der Deinige

---

pronuntiat, verba citavit, sed parum accurate atque ita, ut viro illi docto non solum aliam, atque ipse expressit, sed vel ineptam sententiam tribuere audeat. Dicit enim Dietrichius: »Cum ea sit vis atque natura adiectivorum, ut non res aut homines ipsos, sed tantum notas rerum atque animantium significent, facile intelligitur, alia adiectiva pro substantivis poni non posse, nisi quorum ea est ratio, ut praeter notae significationem simul certum aliquod rerum aut hominum genus, quod illa nota insigne est, comprehendant«. Rahnius vero ita dicit: «Cum enim ea sit adiectivorum et participiorum vis atque natura, ut non tam res aut homines ipsos, quam certas quasdam rerum atque animantium notas significent, adiectiva et participia non pro omnibus substantivis poni posse, sed pro iis, quorum ea est ratio, ut praeter significationem simul certum aliquod rerum aut hominum genus, quod illa nota insigne est, comprehendant, recte Dietrichius docet«. In enuntiato, quod sequitur, centendit adiectiva et participia substantive usurpata necessario eam vim habere, ut certum eis hominum aut rerum genus sigificetur. Sed illud minime necessarium esse, non solum ex Plautinis exemplis videmus, sed Rahnius quoque cognoscere debebat ex suis Iuvenalianis. Ac fortasse cognovit, — nam pag. 28 idem ille Naegelsbachii sententiam pro recta habuit, quem a Dietrichio dissentire, quia plurium scriptorum rationem habuit, supra exposui.

(= der dir Angehörige). Cfr. S. 664 voster. As. 231 alius (E. 211. 273. 408. Ps. 799, saep.). *Al. 247 opulentes (*Tr. 469). Ca. 840 neuter (S. 731). Ca. 171 uter (Mn. 187. Po. 1242). Cu. 187 uterque (Mo. 305). Cu. 498 ullus (R. 340). *Mn. prol. 75 modo senex, pauper, mendicus, rex, parasitus, ariolus. +Mn. 646 scelestus. +Mr. 284 miserrumus. Tr. 284 malus. ib. 285 rapax, avarus, invidus. +Tu. 950 stultus atque insanus. | *Al. 184 dives. +ib. 248 pauper. *E. 442 deterior. cfr. Mn. prol. 75. Tr. 285, quos versus iam supra excitavi.

femin.: +As. 149 scelesta (+Al. 52). Al. 498 nulla (Ml. 786). Ci. I, 1,98 alia (Tu. 806). E. 567 mea. ib. 240 altera (ib. 245. Ml. 62). Ml. 519 tua. ib. 536 vostra. +R. 466 mala (+Tu. 83). S. 106 utraque. Tu. 240 ulla. ib. 806 alia. | Mr. 687 insipiens. +Tu. 263 impudens (sic A cum L et Z — *imprudens* BCD).

Accedunt ipsi comoediarum tituli *Truculentus* et *Gloriosus* (cfr. Lessing, Hamb. Dramat. I, 21 et Fleckeisen in Mus. Rhen. vol. XIV pag. 628).

Conferantur hi loci Terentiani:

mascul.: Eun. 1022 uterque (Phor. 880). Phor. 80 noster (ib. 110. 117). ib. 548 alius. Hec. 204 ullus.

femin.: Eun. 849 mea (Haut. 227). Haut. 1022 nulla (Hec. 240). Phor. 631 tua.

2) Non tam multa exempla sunt genitivi:

mascul.: Cp. 306 alterius. +Al. 247 pauperioris. Po. 613 similis malist (sic Ritschel. Opuscc. II, 572 — *similis malus est* CDFZ — *similis est* B -- *similis malo est* Camerarius).

femin.: ————

Apud Terentium duo exempla repperi: Andr. 628 alterius. +ib. 43 nam istaec commemoratio quasi exprobratiost immemoris benefici. (Hanc codd. BCDEGP lectionem cum Donatus aliique falso interpretati sint, vocibus *immemoris benefici* iniuria coniungendis comparandoque Vergiliano *memorem Iunonis ob iram*, Bentleius et omnes, quantum video, ceteri editores scripserunt *immemori benefici.* Sed nescio an eadem sententia inesse possit in verbis illis, quae codicibus tadita sunt et Donati in-

super testimonio confirmantur. Neque enim video, cur pendere non possit genitivus *immemoris* ex substantivo exprobrationis et ex *immemoris* alter genitivus, qui est *benefici*. Exemplis quidem, quae in Forcellini indice vocabulorum reperiuntur, structura illa nec comprobatur nec refutatur. Nam loci duo ex Iustino allegati, qui sunt *exprobratio levitatis puerilis* (38,9) et *exprobratio crudelitatis*, ea de causa non sunt respiciendi, quia genitivis illis non quis, sed qua quis causa exprobretur, scriptor exprimit. Ac ne Livianus quidem *ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunae discordiam inter ordines sereret* (23,35) satis est ad usum reiciendum, quoniam vix eleganter duo genitivi diversi (nam nostro loco alter ex altero) ex uno substantivo pendere poterant.

3) Plura dativi exstant exempla:

mascul.: Am. prol. 74 alteri (As. 489. B. 464. Cu. 478. Mn. prol. 45. Ml. 644. 702). +Am. 278 optumo. ib. 1038 utri (Po. 1231). *As. 92 nudo. ib. 800 ulli (Cu. 498). Al. 751 ebrio. E. 35 alii. *Mr. 494 muto. *Po. 633 bono (ib. 635). ib. 634 malo (ib. 636). S. 182 nulli (*nullis* A, quod tamen est reiciendum propter verba, quae sequuntur: *si qui(s) — vocat.* cfr. Ps. 352). *R. 1063 alieno. S. 731 neutri (V. IV, 2). +Tu. 263 rustico. *V. IV, 2 sequestro. | *As. 568 fideli. *Al. 196 pauperi (Ci. I, 3,55). +Pe. 279 maiori. +R. 620 impudenti.

femin.: Ml. 1076 alii. +Pe. 168 indoctae, immemori, insipienti. ib. 233 peritae (sic BCD — *peritis* FZ).

mascul.: Andr. 427 alteri. ib. 546 utrique. Haut. 685 nulli (Ad. 864). Haut. 935 nostro. +Phor. 416 proxumo. Hec. 509 alii. +Ad. 155 misero atque innocenti. Phor. 1015 mortuo. *Phor. 276 diviti. *ib. 277 pauperi. +Ad. 155 innocenti.

femin.: Eun. 646 miserae (*alteri* BCP). Hec. 549 meae.

4) Haud raro occurrunt accusativi:

mascul.: B. 500 utrum. ib. 593 alium (Cp. 341. 848. 849. Cu. 378. E. 455. Ml. 284. Pe. 135. Po. 735. Ps. 1264). *Cp. 344 ignotum. Cu. 241 miserum. E. 649 suom. Ml. 428 neutrum. +1045 ignavom. +Pe. 228 ingratum. ib. 588 utrumque. *Po. 822

fugitivom. +R. 360 periurum. Tr. 284 bonum. Tu. 159 alterum. *V. V sequestrum. | *Al. 184 pauperem. +Cp. 191 memorem (+S. 578). *Cu. 256 meliorem. Mo. 181 mendacem.

femin.: +Am. 526 timidam. ib. 838 pudicam. Al. 744 meam (ib. 753. Senex his et compluribus aliis locis vult aulam, adulescens filiam. Si *aulam* cogitatur, ellipsis est). *B. 1169 lepidam. Ca. 98 probam. Mn. 695 aliam. *Ml. 787 lautam — siccam — sucidam — quam lepidissumam potes (sic Ritschel. — *siccam succidam* Pius — *sic consucidam* BF — *sicconsucidam* D — *sic consuccidam* Z — *sic consuodam* C). Ml. 903 utramque (R. 760). R. 566 utramvis. S. 141 neutram.

mascul.: +Eun. 1014 miserum. ib. 1065 alium (saep.).

femin.: Eun. 798 meam — tuam (ib. 809. Ad. 179). *Haut. 226 artis ignaram meretriciae. +ib. 677 optumam. ib. 1063 aliam (Ad. 327. 341). *Phor. 168 ingenuam, liberalem. *Ad. 672 alienam. | *Andr. 396 inopem (*Phor. 298). *Phor. 168 ingenuam, liberalem.

5) Saepissime vocativus ponitur, ita ut pauca exempla afferre satis sit: Am. 561 scelestissume. As. 424 sceleste. Al. 825 scelerum cumulatissume. B. 814 stulte. Ml. 1054 pulcer. Mo. 898 pessume. | Al. 746 inpudens. Mn. 1050 audax. Ml. 300 infelix.

femin.: As. 676 bella. Al. 53 inproba. ib. 86 trivenefica. Mo. 346 mea. Pe. 221 pessuma.

mascul.: Andr. 790 sceleste. Eun. 948 audacissume. Phor. 398 noster (Ad. 885). | Phor. 428 infelix.

femin.: Andr. 791 inepta. Eun. 152 pessuma. ib. 817 scelesta. ib. 837 stulta. ib. 861 insana.

Ceterum consentaneum est, vocativo semper unam certam significari personam.

6) Pauca ablativi exempla repperi:

mascul.: +Am. 907 stultior stultissumo. +Cp. 150 unico magis unicust. Cu. 551 stultior stulto.

femin.: Al. 140 alia alia peior — est.

super testimonio confirmantur. Neque enim video, cur pendere non possit genitivus *immemoris* ex substantivo exprobrationis et ex *immemoris* alter genitivus, qui est *benefici*. Exemplis quidem, quae in Forcellini indice vocabulorum reperiuntur, structura illa nec comprobatur nec refutatur. Nam loci duo ex Iustino allegati, qui sunt *exprobratio levitatis puerilis* (38,9) et *exprobratio crudelitatis*, ea de causa non sunt respiciendi, quia genitivis illis non quis, sed qua quis causa exprobretur, scriptor exprimit. Ac ne Livianus quidem *ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunae discordiam inter ordines sereret* (23,35) satis est ad usum reiciendum, quoniam vix eleganter duo genitivi diversi (nam nostro loco alter ex altero) ex uno substantivo pendere poterant.

3) Plura dativi exstant exempla:

mascul.: Am. prol. 74 alteri (As. 489. B. 464. Cu. 478. Mn. prol. 45. Ml. 644. 702). +Am. 278 optumo. ib. 1038 utri (Po. 1231). *As. 92 nudo. ib. 800 ulli (Cu. 498). Al. 751 ebrio. E. 35 alii. *Mr. 494 muto. *Po. 633 bono (ib. 635). ib. 634 malo (ib. 636). S. 182 nulli (*nullis* A, quod tamen est reiciendum propter verba, quae sequuntur: *si qui(s) — vocat.* cfr. Ps. 352). *R. 1063 alieno. S. 731 neutri (V. IV, 2). +Tu. 263 rustico. *V. IV, 2 sequestro. | *As. 568 fideli. *Al. 196 pauperi (Ci. I, 3,55). +Pe. 279 maiori. +R. 620 impudenti.

femin.: Ml. 1076 alii. +Pe. 168 indoctae, immemori, insipienti. ib. 233 peritae (sic BCD — *peritis* FZ).

mascul.: Andr. 427 alteri. ib. 546 utrique. Haut. 685 nulli (Ad. 864). Haut. 935 nostro. +Phor. 416 proxumo. Hec. 509 alii. +Ad. 155 misero atque innocenti. Phor. 1015 mortuo. *Phor. 276 diviti. *ib. 277 pauperi. +Ad. 155 innocenti.

femin.: Eun. 646 miserae (*alteri* BCP). Hec. 549 meae.

4) Haud raro occurrunt accusativi:

mascul.: B. 500 utrum. ib. 593 alium (Cp. 341. 848. 849. Cu. 378. E. 455. Ml. 284. Pe. 135. Po. 735. Ps. 1264). *Cp. 344 ignotum. Cu. 241 miserum. E. 649 suom. Ml. 428 neutrum. +1045 ignavom. +Pe. 228 ingratum. ib. 588 utrumque. *Po. 822 fugitivom. +R. 360 periurum. Tr. 284 bonum. Tu. 159 alterum. *V. V sequestrum. | *Al. 184 pauperem. +Cp. 191 memorem (+S. 578). *Cu. 256 meliorem. Mo. 181 mendacem.

femin.: +Am. 526 timidam. ib. 838 pudicam. Al. 744 meam (ib. 753. Senex his et compluribus aliis locis vult aulam, adulescens filiam. Si *aulam* cogitatur, ellipsis est). *B. 1169 lepidam. Ca. 98 probam. Mn. 695 aliam. *Ml. 787 lautam — siccam — sucidam — quam lepidissumam potes (sic Ritschel. — *siccam succidam* Pius — *sic consucidam* BF — *sicconsucidam* D — *sic consuccidam* Z — *sic consuodam* C). Ml. 903 utramque (R. 760). R. 566 utramvis. S. 141 neutram.

mascul.: +Eun. 1014 miserum. ib. 1065 alium (saep.).

femin.: Eun. 798 meam — tuam (ib. 809. Ad. 179). *Haut. 226 artis ignaram meretriciae. +ib. 677 optumam. ib. 1063 aliam (Ad. 327. 341). *Phor. 168 ingenuam, liberalem. *Ad. 672 alienam.| *Andr. 396 inopem (*Phor. 298). *Phor. 168 ingenuam, liberalem.

5) Saepissime vocativus ponitur, ita ut pauca exempla afferre satis sit: Am. 561 scelestissume. As. 424 sceleste. Al. 825 scelerum cumulatissume. B. 814 stulte. Ml. 1054 pulcer. Mo. 898 pessume. | Al. 746 inpudens. Mn. 1050 audax. Ml. 300 infelix.

femin.: As. 676 bella. Al. 53 inproba. ib. 86 trivenefica. Mo. 346 mea. Pe. 221 pessuma.

mascul.: Andr. 790 sceleste. Eun. 948 audacissume. Phor. 398 noster (Ad. 885). | Phor. 428 infelix.

femin.: Andr. 791 inepta. Eun. 152 pessuma. ib. 817 scelesta. ib. 837 stulta. ib. 861 insana.

Ceterum consentaneum est, vocativo semper unam certam significari personam.

6) Pauca ablativi exempla repperi:

mascul.: +Am. 907 stultior stultissumo. +Cp. 150 unico magis unicust. Cu. 551 stultior stulto.

femin.: Al. 140 alia alia peior — est.

His omnibus locis Plautinis ablativus est comparationis. In comoediis Terentianis unum exemplum mihi occurrit, ubi ablativus pendet ex verbo *interest*: Eun. 232 stulto intellegens quid interest?

7) His locis Plautinis pendent adiectiva masculini aut feminini generis ex praepositionibus:

cum. *Al. 461 cum opulento (in libris additum est *homine*, sed recte omiserunt Aldina, Bentleius, Reizius) (cfr. +Tr. 473). Mn. 188 cum utrod (sic Ritschelius, nov. exc. Plaut. I, 64 — *utro* libri — *utrone* Fleckeisenus). Ci. I, 3,55 cum divite. ib. IV, 2,29 cum altero (Ml. 320). +Po. 1406 cum inprobo (in exitu altero). +Ps. 909 cum malo (*cum malo* libri — *quam malos* Brixius). +R. 717 cum furcifero. S. 753 cum utroque. | +B. 81 cum lepida.

ex. +Cp. 305 e summo. +Ps. 324 ex laeto (*lacto* Z). +R. 517 ex insulso. +Am. 703 ex insana.

pro. +Cp. 436 pro libero. +ib. 542 pro(que) ignoto. +Mn. 298 pro sano (+ib. 945). +ib. 927 pro insano. +Tu. 175 pro ignoto alienoque. +Ml. 901 pro nota (discrepant omnes codd. mira exhibentes). +Pe. 169 pro barda.

ab. +Ps. 776 a minumo. | +Mn. 133 a mala.

ad. +Ps. 776 ad maxumum.

apud. *V. VI apud sequestrum.

Conferantur haec exempla Terentiana:

a. +Andr. 35 a parvolo (+Ad. 48).

ex. +Andr. 469 ex peregrina.

pro. Eun. 156 pro sua.

per. Haut. 219 per alium.

apud. Haut. 576 apud alium (bis).

in. Haut. 877 in stulto (sic A — *in stultum* codd. rell.).

ad. +Haut. 966 ad proxumum (*ad proxumos* BCD^{2}EFP). +Phor. 653 ad ditem[26]).

26) Perverse igitur Barthius contendit: »diese (scil. die Substantivirung des mascul. und femin.) findet bei Terenz niemals statt, wenn von einer bestimmten Person die Rede ist«.

8) Iam restat, ut exempla afferamus, ubi adiectiva cum adiectivis et pronominibus coniuncta inveniantur. Ut iam supra commemoravimus, *ullus* numquam, *nullus* rarissime ad adiectiva accedit, cum saepe addantur pronomina *nemo* et *quisquam* (cfr. pag. 9). Conferantur hi maxime loci: Am. 186 alius quisquam. Al. 543 quoiquam pauperi. ib. 90 quemquam alienum. As. 754 cum quiquam alio. Am. 833 mortalis nemo. Mo. 1072 alter nemo (Andr. 750. Eun. 680. Phor. 97. Hec. 66. Ad. 353). Ca. 416 miseriorem neminem. Mr. 142 maledicentiorem — neminem. Ps. 26 alium neminem. Pronomen *nullus* apud Terentium nusquam additur, apud Plautum hisce locis: B. 256 scelestiorem nullum — alterum. S. 343 nequiorem nullum. Adiectiva ad pronomina addita sunt his locis: Ml. 448 alia similis eius. ib. 657 non invenies alterum lepidiorem. Tu. 81 alium, qui plus daret, damnosiorem. Hec. 746 quaere alium tibi firmiorem (vid. pag. 8). Naegelsbachius pag. 76 falso idem contendisse videtur de locis nonnullis Livianis et Ciceronianis. Namque, ut de duobus pauca dicam, Liv. VII, 26,14 et XXIV, 1,2 cetera necessaria opposita sunt eis, de quibus antea sermo fuit, ac prorsus eodem modo *cetera* his locis attributive ad *necessaria* additum est, ac si dicimus: *ceterae res necessariae* ad *res necessariae*. Argumentum vero, quod affert, minime adhiberi potest in numeralibus, cum ex. gr. *omnes homines* respondeat enuntiato *omnes, qui sunt homines*, non *homines, qui sunt omnes*, neque tamen quisquam *homines* ad *omnes* additum esse opinetur. Locis vero a me supra laudatis alia res est. Nam, ut de Mil. glor. v. 448 breviter exponam, non opponitur *similis* alii mulieri, quae Philocomasio similis sit, sed Philocomasio ipsi opposita est *alia*, quae qualis sit adiectivo *similis* significatur.

Participia addita sunt hisce locis: Am. 680 exspectatum suom. Mn. 724 peregrino — advenienti.

Sub finem huius partis pauca addere liceat de duobus locis Plautinis: V. +Mostell. 378 non video, qua de causa Bothius repudiata scriptura codicum, qui exhibent: *iam hic offendet miserum*, ipse scripserit: *misere*. Locus enim ita est vertendus:

Er wird den Ungluecklichen betrunken antreffen (ueberraschen). De structura vid. Ps. 163. Eun. 1064. | Phor. 758. R. 420. Fleckeisenus legit: *mea hilara, lepida,* quod vix recte sese habet. Scribendum videtur *mea tu hilara, lepida,* quod et metro aptum est et usui Plautino (cfr. ib. 463 mea tu bellula). Neque nimis obstare puto literarum ductus, quia vox *tu* propter similitudinem literarum priorum vocis insequentis *hi* facile excidere poterat.

b. De participiis.

De usu participiorum mascul. et femin. generis singular. et plural. in universum idem dicendum est atque de adiectivis. Qua de causa eisdem signis in participiis eadem significata volo:

1) De nominativo haec consule exempla: *Cu. 424 clypeatus. Ps. 238 amans (*ib. 1259. Tu. 26. 56). Phor. 243 rediens[27]). Eun. 232 intellegens.

2) De genitivo hi loci consulantur: *Al. 811 loquentis. Ml. 640 aegre amantis (Tu. 80).

3) Dativi haec sunt exempla: +As. 128 promerenti. ib. 129 male merenti (Cp. 315). *As. 177 amanti (+ib. 814. Al. 751. Ci. I, 1,74. Mn. 356. Mr. 896. Pe. 776. Po. 820. Tu. 23. +714, ubi vix probabilis est Spengelii coniectura *amanti tuo,* quia vox *amans* nusquam fabularum Plautinarum vim plane substantivam recepit. Aliter res se habet Amph. v. 680, ubi *expectatum* additum est ad *suom* [= expectatum coniugem suom]). B. 186 advenienti. Mr. 116 currenti — properanti. Ml. 675 sapienti (Pe. 729. R. 431. 432). | Phor. 541 sapienti.

---

27) Sequor enim Phor. 243 codicis praestantissimi A scripturam, quae est: *damna peregre rediens semper secum cogitet.* (*cogites* es in ras. D — *cogites* ex *cogitas* G). Neque enim quidquam insoliti habet talis participii usus, falsoque contendit Barthius: Selbst Plautus ... substantiviert Partic. mit einem Adverbium nur in sprichwoertlichen Saetzen. Cfr. Ml. 640. As. 129. Ps. 243. Cu. 199. Haut. 226.

4) Non rarius occurrit accusativus: *As. 561 fidentem (*fidem tem* ex *fidem* m.[2] vel m.[3] I. — *fidum defraudaveris* Ritschelius. Traditam scripturam def. recte Fleckeisenus in nov. annal. 107 pag. 501 sq.). +Cu. 199 bene monstrantem. *E. 112 diffidentem. *Ml. 787 lautam — quamque adulescentem maxume. Pe. 776 amantem (*Ps. 1259). *Po. 833 verberatum, vinctum, addictum. +ib. 880 doctum doces. | Eun. 789 sapientem. *Haut. 226 habet bene et pudice eductam.

5) Raro invenitur vocativus: Ca. 26 effosse. Ps. 243 hodie nate. ib. 1139 chlamydate (ib. 1143).

6) Ablativi nullum exemplum repperi, compluria, ubi participia penderent de praepositionibus: +Ci. III, 21 **ex** irato mihi. +E. 86 ex inpedito. +Mr. 856 ex confidente. +E. 644 ex perdita. *Cu. 185 **de** immerente. +ib. 165 **procul** amantem. +Ml. 1049 **abs** tui cupienti. +Tu. 578 **ad** minus valentem. +ib. 867 **pro** derelicta.

7) De pronominibus additis hoc videas exemplum: Andr. 76 amans unus et item alter (cfr. As. 175 cum quiquam amante. Ps. 297 nato nemini).

Videmus igitur, apud Plautum participia perfecti et praesentis in omnibus praeter ablativum casibus, apud Terentium in nomin., dat., accus. substantive usurpata esse tum ad totum aliquod hominum genus, tum ad singulas personas significandas. Naegelsbachius, pag. 91 sq. docet, apud classicos scriptores participia praesentis non occurere in casu nominativo, raro in ablativo. Participia futuri Rahnius nulla affert, Krautius quinque, Naegelsbachius duo (ex Quintil. et Vell. Pat.).

IV. De mascul. et femin. plural.

a. De adiectivis et pronominibus.

De usu, adiectiva mascul. et femin. generis plural. substantivorum loco ponendi, quid docuisset Dietrichius, supra commemoravi. Sed in hac quoque parte a viro illo docto, quantum ad Plautum et Terentium attinet, dissentio. Neque

enim mihi probatur, quod pag. 489 affirmat, cum bonos, probos, inprobos dicimus, totum proborum, bonorum genus necessario significari, atque in singulari tantummodo ambiguitatem quandam oriri, ut nesciamus, utrum unus tantum, an omnes, qui nota illa sint insignes ideoque genus quoddam constituant, significentur. Verum in pluralis quoque numeri usu Plautino et Terentiano tria significationis genera ita distinguenda sunt, ut aut totum aliquod hominum genus, aut plures eiusdem generis personae significentur, quae tum certae ac definitae sunt, tum dubiae atque incertae [28]). Quod quo facilius appareat, eisdem atque antea signis usi, quae quoque loco significatio inveniri videatur, nunc quoque notabimus. Iam conferantur, ut singulis utar exemplis, hi tres loci Plautini: B. 397 illum laudabunt boni: jenen werden die Guten loben (*οἱ ἀγαθοί*). ib. 1122 ovis nos vocant +pessumae: Schafe nennen uns die Boesen (scil. duae Bacchides — *αἱ κάκισται* seu *ἐκεῖναι αἱ κάκισται*). E. 581 qui habeam *alienas domi: der ich fremde Weiber in meinem Hause habe (*ἀλλοτρίας*). Ceterum in exemplis enumerandis eundem, quem in priore parte, ordinem sequemur:

1) De n o m i n a t i v o haec consule exempla: Am. 225 utri. As. 943 alii (Ca. 660. Mn. 1040. Ml. 836. Mo. 128. Pe. 295. 372, permultis aliis locis). Al. 368 superi — inferi. B. 397 boni (Cp. 1034. Tr. 272. V. X, 3). B. 397 mali (V. X, 3). Cu. 258 pauci. ib. 280 noti, ignoti. ib. 362 saturi. ib. 477 confidentes garrulique et malevoli. E. 340 nostri. Mr. 262 sani. ib. 263 insani. ib. 714 urbani (ib. 715. 717. 718). ib. 716 rustici (Mo. 1076). Pe. 465 tragici et comici (Po. 578). R. 194 inpii. ib. 893 plurumi. S. 328 tui. Tu. 493 strenui — argute cati (sic Seiffertus, stud. Plaut. pag. 24 — *argute rati* F — *arguteccati* D — *arguit eccati* BC — *arguti et cati* Z). | Al. 114 omnes (ib. 115. Ca. 555. E. 206. Mo. 42. Pe. 426. Ps. 304, saep.). Po. prol. 39 deteriores. S. 391 malevolentes.

---

28) Erravit Barthius pag. 180.

femin.: +B. 1122 pessumae. Ci. I, 1,141 aliae (Po. 337. ib. 1185). E. 226 multae (Ml. 1047. 1231). Mo. 709 vostrae. R. 565 meae. | Ca. 79 omnes, quae ....

mascul.: Eun. prol. 43 novi. Eun. 118 plerique. ib. 544 ceteri. ib. 780 alii (Ad. 52). Haut. prol. 16 malivoli. ib. 394 utrique. Hec. prol. 54 iniqui. | Andr. 191 omnes (saep.). Eun. prol. 43 veteres.

femin.: Phor. 125 orbae.

2) De g e n i t i v o conferantur hi loci: Am. 648b optumorum. Cp. 583 miserorum. Pe. 420 pristinorum. ib. 489 tuorum (Po. 766). R. 618 inpiorum. | As. 314 omnium (Al. 723. Ps. 160, saep.). Al. 179 curialium. ib. 479 pauperiorum. Ca. prol. 15 iuniorum. R. prol. 2 caelitum. R. 619 innocentum.

femin.: Ca. 548 malarum. ib. 661 pessumarum. R. prol. 52 aliarum.

mascul.: Andr. 812 aliorum. Haut. prol. 20 bonorum. ib. prol. 27 iniquom — aequom. | Andr. 218 amentium. Ad. 425 omnium.

femin.: Eun. 198 aliarum.

3) D a t i v i sunt haec exempla:

mascul.: Am. 250 nostris (Ml. 222). ib. 555 tuis (ib. 1065). ib. 842 bonis — probis (B. 118. 660. 726. Cp. 583. Pe. 674. R. 939. S. 144. Tr. 273). B. 661 malis. *Cu. 497 alienis (Tr. 684). *ib. 513 indignis (*Po. 1252). *ib. 514 dignis (+Po. 1270. Ps. 1013). E. 36 alius (ib. 99. Mo. 154. Po. 1184). E. 548 meis. Mo. 871 ceteris. ib. 1137 utrisque (sic BCDZ — *utriusque* F. codd. Pyladis). Pe. 476 multis (R. 400 saep.). Po. prol. 23 liberis. ib. 625 stultis. +Ps. 996 notis. R. 195 innoxiis. ib. 1194 piis. ib. 1247 suis (Tr. 684). Tr. 487 optumis. | Cu. 722 omnibus (Ml. 159. Mo. 704. Ps. 125. R. 557. 975. S. 114, saep.). Po. 627 melioribus. Ps. 1006 malevolentibus. Tr. 35 pluribus.

femin.: Mr. 511 malis. Ml. 964 ingenuis. +Po. 1216 bonis. | Al. 489 pauperibus.

mascul.: Eun. 146 suis (ib. 157). Haut. 1015 inimicis. Hec. 271 meis. | Phor. 42 ditioribus. Hec. 71 omnibus (saep.).

femin.: ————

4) De accusativo hi loci consulantur: Am. 221 nostros (sic Bothius e Guelferbytano — *nostras* libri E. 147). As. 247 dignos, indignos. B. 619 malos — bonos. ib. 846 meos. Cp. 190 aegrotos. ib. 209 fugitivos. *Cu. 472 damnosos. Ml. 48 nullos. ib. 885 multos (ib. 1287. R. 401. S. 342, saep.). Ml. 1354 alios (Mo. 180. 189. Pe. 540. Po. 250. R. prol. 37, saep.). *Pe. 266 triparcos, vetulos, avidos, aridos (sic Ritschelius. Libri omnes, atque etiam A, ut videtur, ante vocem *vetulos* exhibent *homines*. Qua de causa a partibus sto Guyeti, qui *homines* retinens *avidos* omisit, quod verbum propter maximam vocis insequentis similitudinem facile irrepere potuisse apparet). *Ps. 1132 damni cupidos. ib. 1231 peregrinos. R. prol. 21 bonos. ib. 1249 comicos. Tr. 551 maleficos. ib. 805 cunctos. ib. 1036 strenuos. | Ca. 553 omnis (Ml. 1300. Pe. 760 saep.). *Cu. 472 dites.

femin.: *E. 581 alienas (sic recte Dousa — *alienos* BIFZ). Ml. 356 malas. Pe. 845 liberas (libri omnes addiderunt *virgines*, sed suo iure omiserunt editores). +R. 409 timidas — uvidas. R. 783 meas (S. 79). S. 99 bonas. | Ml. 1391 omnis. *Po. 338 turpes.

mascul.: Eun. prol. 2 multos. Eun. 776 alios (Haut. 125. Phor. 467. Hec. 384). | Andr. 62 omnes (ib. 427, saep.). Phor. 203 fortis.

femin.: Hec. 739 bonas.

5) Non tam saepe, quam in singulari, in plurali vocativi absolute ponuntur:

mascul.: Ps. 133 ignavi. ib. 181 munerigeruli (sic B — *munigeruli* cet. codd.).

femin.: As. 214 pessumae. Ps. 183 inprobae, vini modo cupidae (*estis* addiderunt BCDFZ cum Nonio; sed recte delevisse videtur Bothius).

In Terentii comoediis exemplum mihi non occurrit.

6) Ablativi unum exemplum Terentianum repperi, nullum Plautinum: *Phor. 115 bonis prognatam.

7) Saepius accusativus et ablativus pendent ex praepositionibus:

ab. Am. prol. 35 ab iniustis. ib. 36 ab iustis. As. 67 a meis. Al. 221 abs tuis. Mn. 884 ab aegrotis. Ml. 1288 a bonis. R. prol. 25 a periuris. Tu. 760 a plurumis (*ad plurimis* BD — *adplurimis* C corr. LZ — *a pluribus* Bothius et Geppertus; nescio an, ut id moneam obiter, melius scribatur *ab plurumis*).

ex. As. 503 ex aliis. +Cp. 235 ex bonis. Mo. 337 ex omnibus (ib. 370. Tu. 187). Mo. 880 ex plurumis. S. 343 ex multis. Po. 1167 e quantillis (femin.).

cum. B. 656 cum inprobis. Ps. 1161 cum ignarissumis. S. 81 cum meis. Tu. 152 utriscum.

propter. Al. 225 propter te et tuos.

ad. Al. 236 ad probos. Tr. 291 ad pluris.

praeter. Ml. 1183 praeter ceteros. Ps. 801 praeter alios. | Am. 640 praeter omnes.

clam. Al. prol. 7 clam omnes.

in. Ml. 611 in bonos (sic recte Acidalius — *in bonis* libri). Ca. prol. 14 in senioribus.

de. Pe. 540 de aliis. Ps. 415 de damnosis.

inter. Mn. 240 inter vivos. Po. 1182 inter alias.

pro. R. 972 pro meis.

Conferantur haec exempla Terentiana:

ab. +Andr. 539 a parvis. Haut. 394 ab utrisque. Hec. 150 a suis. Ad. prol. 2 ab iniquis. Ad. 879 a meis.

ex. Eun. 254 ex stultis. ib. 960 ex aliis.

in. Andr. 233 in aliis (femin.).

propter. Hec. 275 propter paucas.

praeter. Ad. 258 praeter alios. Andr. 121 praeter ceteras (ib. 122).

ad. Hec. prol. 47 ad paucos.

8) Denique hi loci sunt respiciendi: Am. prol. 4 vostrorum omnium. ib. prol. 8 vostrosque omnis. Al. 479 ceteri opulentiores. ib. 486 in pauciores avidos. Ca. 245 dis fretos — multos (*disertos* P). Cu. 807 alii multi. Ml. 804 lepidiores duas. ib. 1040 multae — aliae. Mn. 184 aliis adscriptivis (*alias* Scaliger). Mo. 462 omnis tuos. ib. 1052 plurumi alii. P. 240

omnes muti (ib. 242). Pe. 1183 ceteris omnibus (femin.). | Andr. 667 omnes inimici. ib. 931 multi alii. Eun. prol. 2 bonis quam plurumis. Eun. 238 omnes noti. Hec. 247 meis omnibus. Ad. 688 alii — boni.

Cp. 476 legitur: sontis aperto capite condemnant reos. Hoc loco adiectivum non attributive, sed magis condicionaliter positum est (= reos, si sontes sunt, condemnant), itaque vocem *reus* ad substantiva, quae supra attuli, referendam esse non putavi.

Tr. 273 legitur: inprobis vanidicis. Attamen hoc loco adiectivum *inprobus* aut *vanidicus* plane substantivum esse affirmare haud ausim. Verum duo adiectiva sine coniunctione posita esse videntur (cfr. Brixii adnot. ad Mil. glor. v. 663). Idem dicendum est de Gepperti emendatione: *cum probis veris*, quam tamen minus aptam esse vidit Ritschelius.

b. De participiis.

De participiis haec consule exempla:

1) nomin. mascul.: Am. 651 prognati. Cu. 477 confidentes. Mr. 386 amantes (Mo. 169).
femin.: Al. 135 dotatae.

2) genit. mascul.: Mn. 355 amantum (Ml. 625. Mo. 171. Tu. 25). *R. 259 precantum. S. 220 praesentium. Tr. 549 fortunatorum. | Andr. 218 amantium (ib. 555).

3) dativ. mascul.: Am. 311 essurientibus. Ca. prol. 20 praesentibus. Ca. 295 prognatis. Ps. 1322 vae victis.
femin.: *Phor. 938 dotatis — indotatis.

4) accusat. mascul.: Ca. 362 barbatos. +Ml. 139 amantes. +R. 109 occupatos. ib. 1206 sapientis. | *Eun. 764 advocatos. Haut. 570 amantis.
femin.: +R. 439 timidas, egentes, uvidas.

5) vocat. mascul.: Ps. 133 male habiti et male conciliati.

6) ablat. ————

7) Denique hi loci conferantur: Cu. 124 nam tibi propitiantes amantes vinum dant potantes omnes. Mr. 379 omnis sapientis (R. 338. S. 39). Tu. 325 omnes amantes (sic B — ceteri codd. exhibent: *amatores*).

Participii futuri neque Naegelsbachius, neque Rahnius exempla afferunt, Krautius vero quattuor (cfr. Draeger, pag. 49).

Ex his, quae dixi, facile cognitum iri spero, in omnibus partibus similitudinem quam maximam intercedere inter usum Plautinum et Terentianum, et in multis rebus eos vel accuratius versatos esse plerisque posterioribus, quamquam in aliis maiorem sibi libertatem concesserint[29]. Sed intra fines illos legitimos quodammodo atque certos saepissime eos adiectiva et participia substantivorum loco posuisse, exemplorum magna multitudine comprobatur. Unde primum sequitur, ut vix probanda sit eorum virorum sententia, qui ex Ciceronis, Livii, similium scriptorum usu de tota latinitate iudicantes a Romanis, quod articulo caruerunt, adiectiva et participia minus saepe absolute usurpata esse arbitrantur. Quod vero imprimis apud Ciceronem is usus minus late patet, illud non tam ad articuli defectum referendum esse puto, quam ad totum dicendi genus et scriptoris ingenium, qui circumscribere atque amplificare adeo solebat, ut etiam substantivorum loco, quamquam eis minime abundat lingua latina, enuntiatis relativis saepe uteretur. Praeterea exemplorum magna multitudine efficitur, ut non Graecorum imitatione hic usus excultus sit, si quidem scriptores huius aetatis romani in rebus syntacticis peregrinos non sunt imitati.

29) Quod ad numerum attinet, ex gr. in Amphitruon. actu primo exempla 30 mihi occurrerunt, et in totidem fere versibus Andriae (I, 1—II, 4 incl.) 29.

VITA.

Natus sum Johannes Guilielmus Wueseke anno h. s. LXIV Halae in urbe Guestfalorum, patre Guilielmo et matre Margarita ex gente Aldehoff, quorum alterum adhuc vivere tam gaudeo, quam alteram praematura morte mihi ereptam esse doleo atque lugeo. Fidei addictus sum catholicae. Burenae et Luebbeccae, in quibus Guestfalorum oppidulis postea habitabant parentes, primis literis imbutus progymnasii Rietbergensis et gymnasii Paderbornensis binos annos discipulus fui. Maturitatis autem testimonio, quod vocant, instructus anno h. s. LXXXI me contuli ad academiam Monasteriensem et inde post tria semestria ad hanc universitatem, cuius civis fui quater senos menses. Docuerunt me viri doctissimi Hagemann, Langen, Parmet, Stahl, Storck Monasterienses, Bergmann, Birt, Bormann, Caesar, Cohen, Lucae, Schmidt Marburgenses. Seminarii philologi, quod floret Caesaris et Schmidtii auspiciis, per tria semestria sodalis fui ordinarius; praeterea seminarii germanici, cuius Lucae est director, quater senos menses, et historici, cui praeest Bormannus, duo semestria interfui exercitationibus.

Omnibus illis viris optime de me meritis, imprimis Caesari, Schmidtio, Birtio, qui solita benevolentia me consilio suo semper iuverunt, gratias et nunc ago et semper habebo quam possum maxumas.